ῥαβδούχους ἔχοντες ἀπήγγελλον. *Ῥαψῳδῆσαι δέ ἐστι, τὸ φλυαρῆσαι, ἢ τὸ ἁπλῶς λαλεῖν καὶ ἀπαγγεῖλαι χωρὶς ἔργου τινός.* " Quare hæc, *χωρὶς ἔργου τινὸς*, addiderit Suid., (et ceteri Lexicographi,) nescio; nec video, quid ea sibi velint." Kust. " Leg. *χωρὶς εἱρμοῦ τινὸς*, Sine aliqua connexione recitare. Quod *ῥαψῳδῆσαι* vocant Græci. Rem satis festive exponit Schol. Pind. Nem. 2, 2. (quem mox citabimus.) Verbo utitur Longin. 22." Toup. Emendd. 2, 132. omnino recte. " Portus, cui Kuster. accedit, mavult *ῥάβδους*. Sed suspicor scr. esse *ῥάβδους χειρὶ ἔχοντες*. Phot. *ῥάβδους* simpliciter habet." Schleusner. Mss. Scholiasta Platonis, *ῥάβδους ἔχοντες δαφνίνας.* J. Poll. 7, 182.: *Ῥαψῳδοὶ, χορευταὶ, ὑποκριταὶ, ἐργολάβοι, καὶ τὰ ὅμοια.* Phot.: *Ῥαψῳδοί· τὸ δ' ἔμπροσθεν ἀρνῳδοὶ ἐκαλοῦντο, ἐπάθλου αὐτοῖς ὄντος ἀρνός.* Schol. Pind. Nem. 2, 1.: *Ὅθεν περ καὶ Ὁμηρίδαι· Ὁμηρίδας ἔλεγον τὸ μὲν ἀρχαῖον τοὺς ἀπὸ τοῦ Ὁμήρου γένους, οἳ καὶ τὴν ποίησιν αὐτοῦ ἐκ διαδοχῆς ᾖδον· μετὰ δὲ ταῦτα καὶ οἱ ῥαψῳδοὶ, οὐκέτι τὸ γένος εἰς Ὅμηρον ἀνάγοντες. Ἐπιφανεῖς δὲ ἐγένοντο οἱ περὶ Κύναιθον, οὕς φασι πολλὰ τῶν ἐπῶν ποιήσαντας ἐμβαλεῖν εἰς τὴν Ὁμήρου ποίησιν. Ἦν δὲ ὁ Κύναιθος Χῖος, ὃς καὶ τῶν ἐπιγραφομένων Ὁμήρου ποιημάτων τὸν εἰς Ἀπόλλωνα γεγραμμένον ὕμνον λέγεται πεποιηκέναι. Οὗτος οὖν ὁ Κύναιθος πρῶτος ἐν Συρακούσαις ἐῤῥαψῴδησε τὰ Ὁμήρου ἔπη, κατὰ τὴν ἑξηκοστὴν ἐννάτην Ὀλυμπιάδα, ὡς Ἱππόστρατός φησιν. Ἄλλως. Τοὺς ῥαψῳδοὺς οἱ μὲν ῥαβδῳδοὺς ἐτυμολογοῦσι διὰ τὸ μετὰ ῥάβδου δηλονότι τὰ Ὁμήρου ἔπη διεξιέναι.* *Καλλίμαχος* (Fr. 138. Bentl. T. 1. p. 497.) *Καὶ τὸν ἐπὶ ῥάβδῳ μῦθον ὑφαινόμενον Ἠνεκὲς ἀείδω δειδεγμένος. Οἱ δέ φασι, τῆς Ὁμήρου ποιήσεως μὴ ὑφ' ἓν συνηγμένης, σποράδην δὲ ἄλλως καὶ κατὰ μέρη διῃρημένης, ὁπότε ῥαψῳδοῖεν αὐτὴν, εἱρμῷ τινὶ καὶ ῥαφῇ παραπλήσιον ποιεῖν, εἰς ἓν αὐτὴν ἄγοντας. Οὕτω καὶ ὁ Πίνδαρος* (*εἰσ*)*δέδεκται. Οἱ δὲ, ὅτι, κατὰ μέρη πρότερον τῆς ποιήσεως διαδιδομένης, τῶν ἀγωνιστῶν ἕκαστος ὅ, τι βούλοιτο μέρος ᾖδε· τοῦ δὲ ἄθλου τοῖς νικῶσιν ἀρνὸς ἀποδεδειγμένου, προσαγορευθῆναι τότε μὲν ἀρνῳδούς· αὖθις δὲ ἑκατέρας τῆς ποιήσεως εἰσενεχθείσης, τοὺς ἀγωνιστὰς, οἷον ἀκουομένους, ἀκειομένους* Salmas. ad Solin. 610. (sed hoc poëticum est,) *πρὸς ἄλληλα τὰ μέρη, καὶ τὴν σύμπασαν ποίησιν ἐπιόντας, ῥαψῳδοὺς προσαγορευθῆναι. Ταῦτά φησι Διονύσιος ὁ Ἀργεῖος. Φιλόχορος δὲ ἀπὸ τοῦ συντιθέναι καὶ ῥάπτειν τὴν ᾠδὴν οὕτω φησὶν αὐτοὺς προσκεκλῆσθαι,* (" hoc de Rhapsodis Atthidi intexuisse videri potest Philochorus, ubi de Pisistrato ejusque filiis exposuit." Lenz. ad Philochori Fragmm. 105.) *Δηλοῖ δὲ Ἡσίοδος, λέγων,* (" cf. Böttiger. Ilith. p. 29." Heyn. Fragm. 34. p. 183. Gaisf.) *Ἐν Δήλῳ τότε πρῶτον ἐγὼ καὶ Ὅμηρος ἀοιδοὶ Μέλπομεν, ἐν νεαροῖς ὕμνοις ῥάψαντες ἀοιδὴν, Φοῖβον Ἀπόλλωνα χρυσάορον, ὃν τέκε Λητώ. Ῥαψῳδῆσαι δέ φασι πρῶτον τὸν Ἡσίοδον Νικοκλῆς. Μεναῖχμος δὲ ἱστορεῖ τοὺς ῥαψῳδοὺς στιχῳδοὺς καλεῖσθαι, διὰ τὸ τοὺς στίχους ῥάβδους λέγεσθαι ὑπό τινων. Ἄλλως Ὁμηρίδαι πρότερον μὲν οἱ Ὁμήρου παῖδες, ὕστερον δὲ οἱ περὶ Κύναιθον ῥαβδῳδοί. Οὗτοι γὰρ τὴν Ὁμήρου ποίησιν σκεδασθεῖσαν ἐμνημόνευον καὶ ἐπήγγελλον· ἐλυμήναντο δὲ αὐτὴν πάνυ.* Cf. Eustath. 6.: *Οὐ μόνον δὲ Γράμματα τὰ τοιαῦτα, ἀλλὰ καὶ Ῥαψῳδίαι καλοῦνται, διὰ τὸ κατὰ συνθήκην τεχνικὴν ῥάπτεσθαι οἷον τὴν ᾠδήν. Καὶ φέρεται εἰς τὴν τοιαύτην ἔννοιαν Ἡσιόδου (ἡ) ῥῆσις αὕτη ἐν μέτρῳ ἡρῴῳ· Ἐν Δήλῳ τότε πρῶτον ἐγὼ καὶ Ὅμηρος ἀοιδοὶ Μέλπομεν, ἐν νεαροῖς ὕμνοις ῥάψαντες ἀοιδήν. Ὅτι δὲ καὶ παρὰ τὴν ῥάβδον ἡ ῥαψῳδία εἴρηται, οἱονεὶ ῥαβδῳδία τις οὖσα, φασὶ καὶ τοῦτο οἱ παλαιοὶ, ἀκολουθοῦντες Καλλιμάχῳ εἰπόντι· Τὸν ἐπὶ ῥάβδῳ μῦθον ὑφαινόμενον.* (" Ad quod etymon respicere videtur Suid., cum de Rhapsodis ait, eos sic vocatos, *ἐπεὶ ῥάβδους ἔχοντες ἀπήγγελλον*, ubi, cum antea pro *ῥάβδους* perperam legeretur *ῥαβδούχους*, suspicabar scr. *ῥάβδους χειρὶ ἔχοντες*." Polit. Hinc sua sumsisse videtur Schleusner. l. c.) *Δαφνίνη δὲ ἦν ἡ ῥάβδος, ἣν κατέχοντες ἐποιοῦντο τὰς τοιαύτας ᾠδάς. Καὶ τὴν αἰτίαν οἱ τῆς γραμματικῆς ἐξηγηταὶ λέγουσι. Καὶ οὕτω μὲν τὰ Ὁμηρικὰ εἰκοσιτέσσαρα Γράμματα, καὶ Ῥαψῳδίαι ἐλέγοντο, μερικαί τινες οὖσαι περιπέτειαι, ὥς φασιν οἱ παλαιοὶ, καὶ μικραὶ ὑποθέσεις,* (v. Hesych. in *Ῥαψῳδία* citandum.) *Αἱ δὲ αὐταὶ ῥαψῳδίαι καὶ Ποιήματα ἐκαλοῦντο, ὡς μέρη. Ποίησις μὲν γὰρ, ἡ ὅλη βίβλος· ποίημα δὲ, τόδε τὸ Γράμμα, ἤγουν ἥδε ἡ ῥαψῳδία, τὸ ἄλφα, τὸ βῆτα, καὶ τὰ λοιπά. Οἱ δὲ πλείους τῶν παλαιῶν, τήν τε ὅλην Ὁμηρικὴν ποίησιν Ῥαψῳδίαν λέγουσι, καὶ ῥαψῳδοὺς τοὺς αὐτὴν ᾄδοντας. Ἔτι δὲ καὶ Ῥαβδῳδοὺς, διὰ τὴν ἄνω ῥηθεῖσαν δαφνίνην ῥάβδον,* (" at non *ῥαβδούχους*, ut putabat J. C. Scal., et videbar mihi aliquando deprehendisse e corrupto loco Suidæ. Non enim canebant, qui ap. Græcos dicebantur *ῥαβδοῦχοι*, sed eorum munus erat, curare, ne quid rixarum in theatris excitaretur, s. ut certamina bene procederent. Hinc Ipsi judices, et Arbitri certaminum, *ῥαβδοῦχοι*." Politus.) *διὰ δὲ τὴν αὐτὴν καὶ Στιχῳδούς. Στίχοι γάρ φασιν ὑπό τινων αἱ ῥάβδοι ἐλέγοντο. Ἀλλὰ καὶ Ἀρνῳδοὺς, ἐπειδὴ οἱ ἀγωνιζόμενοι ἐν ᾠδῇ Ὁμηρικῇ, καὶ νικῶντες, ἄρνα ἐλάμβανον ἔπαθλον.* (Sic *τραγῳδοὶ*, ab hirci præmio, notante Salvin.) *Πινδάρῳ δὲ ἀρέσκει, οὐκ ἀπὸ ῥάβδου, ἀλλ' ἐκ τοῦ ῥάπτειν, τοὺς ῥαψῳδοὺς λέγεσθαι. Περιφράζων γὰρ τοὺς ῥαψῳδοὺς, ῥαπτῶν ἐπέων ἀοιδοὺς αὐτοὺς λέγει. Ῥάπτειν δὲ ἢ ἁπλῶς, ὡς εἴρηται, τὸ συντιθέναι, ἢ τὸ κατὰ εἱρμόν τινα, ῥαφῇ ὁμοίως, εἰς ἓν ἄγειν τὰ διεστῶτα. Σποράδην γάρ φασι κειμένης καὶ κατὰ μέρος διῃρημένης τῆς Ὁμηρικῆς ποιήσεως, οἱ ᾄδοντες αὐτὴν, συνέῤῥαπτον, οἷον τὰ εἰς ἓν ὕφος ᾀδόμενα. Ἢ καὶ ἄλλως, διότι, κατὰ μέρος φασὶ τῆς ποιήσεως διαδεδομένης, τὴν σύμπασαν ποίησιν ἐπιόντες οἱ ᾄδοντες, καὶ τὰ ἐξ ἑκατέρας Ὁμηρικῆς βίβλου συῤῥάπτοντες, ὡς ἐβούλοντο, ῥαψῳδοὶ ἐντεῦθεν προσηγορεύθησαν. Τῆς δὲ τοιαύτης * ῥάψεως παράδειγμα σαφὲς καὶ οἱ κέντρωνες, τουτέστι τὰ λεγόμενα Ὁμηρόκεντρα. Κέντρωνές τε γὰρ κυρίως λέγονται τὰ ἐκ διαφόρων χροιῶν συνεῤῥαμμένα εἰς ἓν, οἷς ὡμοίωνταί πως τὰ Ὁμηρόκεντρα· καὶ ῥαψῳδία δὲ, ἡ ἐξ ἑκατέρων Ὁμηρικῶν ποιήσεων συῤῥαφεῖσα ᾠδὴ, ἀναλόγως τῷ ὑποκειμένῳ πράγματι, γάμῳ τυχὸν, ἢ ἑορτῇ. Τοῦ δὲ ἀπαγγέλλειν τὴν Ὁμήρου ποίησιν σκεδασθεῖσαν, ἀρχὴν ἐποιήσατο Κύναιθος ὁ Χῖος. Ἐλυμήναντο δέ φασιν αὐτῇ πάμπολλα οἱ περὶ τὸν Κύναιθον, καὶ πολλὰ τῶν ἐπῶν αὐτοὶ ποιήσαντες, παρενέβαλον.*]

[*Ῥαψῳδός.* " Una eadem ætate Homerum et Hesiodum vixisse testantur versus, quos tanquam Hesiodi citant vett. Grammatici: *Ἐν Δήλῳ τότε πρῶτον ἐγὼ καὶ Ὅμηρος ἀοιδοὶ Μέλπομεν ἐν νεαροῖς ὕμνοις ῥάψαντες ἀοιδὴν Φοῖβον Ἀπόλλωνα χρυσάορον, ὃν τέκε Λητώ.* Sed suspicor hos versus spurios et commentitios esse. (' Versus Hesiodo tributos' caute dixit Wolf. Proleg. ad Hom. 23. n. b. De hac quæstione nihil monet Gaisford. ad Hesiodi Fr. 34. p. 183.) Quod ex illis verbis colligo, *ἐν νεαροῖς ὕμνοις ῥάψαντες ἀοιδὴν*, quæ *ῥαψῳδοὺς* aperte designant. Atqui *ῥαψῳδία* non solum Homero, sed etiam Hesiodo recentior. Cynæthus quidam Chius primus fertur *ῥαψῳδῆσαι* Homeri carmina circa Olympiadem nonam et sexagesimam, ut testatur Pind. Schol. (l. c.) Quod enim Hesiod. primum *ῥαψῳδῆσαι* Nicocles volebat, id falsum puto. Conjecisse hoc illum reor ex illis versibus, quos supra retulimus, ubi dicit Hesiodus sese cum Homero *καλὴν ῥάψαι ἀοιδήν*. Hoc si veritati consentaneum foret, etiam Hom. *ῥαψῳδὸς* fuisset. Quod a vero alienum est, et *ῥαψῳδίας* ratione et origine. *Ῥαψῳδοὶ* siquidem illi proprie dicti sunt, non qui sua carmina ipsi publice ostenderent et canerent, sed qui aliena agerent, ut Homeridæ, vel Homeristæ. Hesych. *Ῥαψῳδοί· ὑποκριταὶ ἐπῶν*, et paulo post, *οἱ τὰ Ὁμήρου ᾄδοντες ποιηταὶ ῥαψῳδοὶ καλοῦνται.* Ut enim *κωμῳδοὶ* et *τραγῳδοὶ* dicebantur Auctores tragicorum et comicorum versuum, quos ipsi non composuerant, et *λυρῳδοὶ* Lyricorum carminum cantores ab aliis editorum, ita *ῥαψῳδοὶ* dicti Qui heroïca carmina cantabant in theatro, quorum ipsi auctores non erant, sed tantum actores. Non igitur *ῥαψῳδὸς* Hesiodus, haud magis quam Homerus. *Ῥαψῳδία* initium et originem sumsit ab Hom. carminibus, quos primus *ῥαψῳδῆσαι* cœpit Cynæthus. Cum enim antiquiores epici poëtæ sua ipsi si forte poëmata canerent et ostenderent, hic aliena primum cantare instituit. Et quod forteasse ad Homerum genus referebat, Homericam poësin ita cantavit, idque alii postea imitati sunt. *Ῥαψῳδοὶ*

quippe proprie vocabantur οἱ τὰ Ὁμήρου ἔπη ὑποκρινόμενοι. Athen. 14.: Οὐκ ἀπελίποντο δὲ ἡμῶν τὸ συμπόσιον οὐδὲ ῥαψῳδοί. Ἔχαιρε γὰρ τοῖς Ὁμήρου ὁ Λαρήνσιος (v. Schweigh. ad Athen. 1, 1.) Homeristas dictos esse ῥαψῳδοὺς, et in theatrum inductos primum a Demetrio Phalereo ibid. scribit. Nec solum Homeri carmina, sed etiam Hesiodi, et Archilochi, et Mimnermi, et Phocylidis a Rhapsodis cantitata et actitata sunt. Vide locum. Τοὺς δὲ Ἐμπεδοκλέους Καθαρμοὺς ἐῤῥαψῴδησεν Ὀλυμπιάσι Κλεομένης ὁ ῥαψῳδός. Sic ῥαψῳδοὶ alienorum carminum sunt actores. Idem ap. Latinos videtur factum. Auctor Vitæ Virgilii: ‘Bucolica eo successu edidit, ut in scena quoque per cantores crebro pronuntiarentur.’ Intelligit ῥαψῳδοὺς τῶν Βουκολικῶν Virgilii. Quare appellati sint ῥαψῳδοὶ, disputant Grammatici, et more suo nugantur, cum ῥαψῳδοὺς quasi ῥαβδῳδοὺς dictos putant, quod virgam tenentes carmina canerent. Sane ἐπὶ ῥάβδῳ canebant, non tamen inde nomen invenerunt. Pindar., cui tutius credo quam omnibus Grammaticis, ῥαπτῶν ἐπέων ἀοιδοὺς eos vocat. Ergo ἀπὸ τοῦ ῥάψαι τὴν ᾠδὴν, vel ἀπὸ τοῦ τὰ ῥαπτὰ ᾄδειν appellati sunt. Homeri poësis cum antea dispersa esset, et indigesta, ac per partes tantum legeretur, qui primi eam in agonibus et δείξεσι publicis cantare cœperunt, hinc inde partem aliquam sumebant, quam veluti contexerent et consuerent, et in seriem ponerent. Pind. Schol.: Τῆς Ὁμήρου ποιήσεως μὴ ὑφ' ἓν συνηγμένης, σποράδην δὲ ἄλλως, καὶ κατὰ μέρος διῃρημένης, ὁπότε ῥαψῳδοῖεν αὐτὴν, εἱρμῷ τινὶ καὶ ῥαφῇ παραπλήσιον ποιεῖν εἰς ἓν αὐτὴν ἄγοντας. H. e. quod proprie ῥάπτειν dicitur, Hiantia componere, conciliare, et acu concipere. Inde usque hodie singulis Hom. carminis partibus nomen hoc hæsit ut ῥαψῳδίαι dicerentur. Hinc ῥαπτὰ ἔπη Pindaro, quæ ῥαψῳδοὶ canebant, quod ea sparsa veluti colligerent, et in unum corpus suerent. Sic ῥαπτοὶ στέφανοι, Sutiles coronæ; ῥαπτὰ navigia; ῥαπτὰ περιστρώματα. Hinc Aristot. ῥαψῳδίαν vocavit Carmen e vario versuum genere compositum, veluti Centonem: Καθάπερ Χαιρήμων ἐποίησεν Κένταυρον, μικτὴν ῥαψῳδίαν ἐξ ἁπάντων τῶν μέτρων, οὐκ ἤδη καὶ ποιητὴν * προσαγορευτέον. Poëma illud Chæremonis, cui titulus Centaurus fuit, ῥαψῳδίαν vocat, non, quod a Rhapsodis vulgo caneretur, sed quod e variis metris veluti cento consutus esset. Tragœdi ac comœdi actores fabulas, quales a poëtis acceperant, agebant, nihilque de suo iis addebant. Lyrœdi quoque et citharœdi nomos et cantica, quæ poëta lyricus aut dithyrambicus ipsis composuerat, sicut erant ab auctore facta, ad citharam vel lyram cantabant. Nec sane rationis erat, ut aliquid adjicerent. Comœdia quippe et tragœdia integrum carmen, quod initium habebat et finem. Nomi quoque citharœdici, et omnia cantica lyrica, cujuscunque tituli et argumenti essent, perfecta habebantur initio et fine. At qui epica poëmata rhapsodiabant, quia per partes ea sumebant cantillanda, quibus nec finis esset, et initium aliunde sæpe penderet, ut pefecti operis imaginem haberent, iis plerumque de suo finem aliquem, aut principium accommodabant, et assuebant. Hinc ῥαψῳδοὺς exordia sæpe a Jove sumsisse dicit Pind.: Ὅθεν περ καὶ Ὁμηρίδαι Ῥαπτῶν ἐπέων τὰ πόλλ' ἀοιδοὶ Ἄρχονται Διὸς ἐκ προοιμί-Ου. Interpres vet. ad eum loc.: Αὐτοὶ οὖν τὴν ἀρχὴν ὡς ἐπὶ τὸ πλεῖστον ἐκ Διὸς ἐποιοῦντο προοιμιαζόμενοι, ἐνιότε δὲ ἐκ (vulgo καὶ, et sic Heyn. perperam edidit,) Μουσῶν. Initia igitur et prooemia ipsi de suo annectebant, cetera e poëta sumebant. Inde ῥαψῳδοὶ appellati. Certe Cynæthum multa in Homeri poësin infulsisse, et veluti insuisse scribit vet. Schol.: Ῥαψῳδοὶ ἐπιφανεῖς ἐγένοντο οἱ περὶ Κύναιθον, οὕς φασι πολλὰ τῶν ἐπῶν ποιήσαντας ἐμβαλεῖν εἰς τὴν Ὁμήρου ποίησιν. Ideo propter has additiones et emblemata non mediocriter Homericæ poësi nocuisse rhapsodos illos notat idem doctus Criticus: Οὗτοι γὰρ τὴν Ὁμήρου ποίησιν σκεδασθεῖσαν ἐμνημόνευον, καὶ ἐπήγγελλον, (sic et Heyn. edidit, sed ἐπαγγέλλω hic sensum nullum habet, leg. ἀπήγγελλον, Recitabant, cf. Eust. l. c. Τοῦ δὲ ἀπαγγέλλειν τὴν Ὁμήρου ποίησιν σκεδασθεῖσαν, ἀρχὴν ἐποιήσατο Κύναιθος ὁ Χῖος,) ἐλυμήναντο δὲ αὐτὴν πάνυ. Quemadmodum autem lyrica carmina λυρῳδοὶ ad lyram canebant, αὐλῳδοὶ ad tibiam, ita ῥαψῳδοὶ epica carmina Homeri, vel Hesiodi ἐπὶ ῥάβδῳ pronuntiabant. Nam virgam lauream tenentes ea cantabant. Non propterea tamen ῥαψῳδοὶ dicti quasi ῥαβδῳδοί. Nam antequam mos ille τοῦ ῥαψῳδεῖν aliena carmina natus ac notus esset, auctores ipsi ac poëtæ hymnos et alia carmina in honorem deorum a se composita sic pronuntiare consueverant cum virga e lauru in manibus. Dicebantur ἐπὶ ῥάβδῳ ᾄδειν. Pausan. Bœot. (9, 30.) de Hesiodo, qui cum cithara pictus erat: Οὐδέν τοι (τί vulgo) οἰκεῖον Ἡσιόδῳ φόρημα. Δῆλα γὰρ δὴ ἐξ αὐτῶν τῶν ἐπῶν ὅτι ῥάβδῳ δάφνης ᾖδε. Intelligit hos versus e Theog. (30.) Καί μοι σκῆπτρον ἔδον, δάφνης ἐριθηλέος ὄζον, Δρέψασθαι θηητὸν, ἐνέπνευσαν δέ μοι αὐδὴν Θείην, ὥστε κλύοιμι (v. Gaisf. qui edidit, ὡς κλείοιμι) τά τ' ἐσσόμενα, πρό τ' ἐόντα. Traditum sibi a Musis e lauri ramo baculum dicit, tanquam vati futurorum præscio, non tanquam poëtæ datum possumus interpretari propter illa, ὥστε κλύοιμι τά τ' ἐσσόμενα πρό τ' ἐόντα. Laurum gestabant et ammordebant, qui vaticinandi scientia callere volebant, unde δαφνηφάγοι vates. Asclepiades (Anal. 1, 218.) in statuam Homeri: Καί σοι καλλιπέτηλον, ἐρυσσάμεναι περὶ πᾶσαι, Ὤρεξαν δάφνας ἱερὸν ἀκρέμονα. Pausan. de virga laurea accepit, cum qua vett. poëtæ carmina sua recitabant. Quem morem etiam postea ῥαψῳδοὶ imitati sunt, qui aliena pronuntiarunt. Nam et hi virgam e lauro tenebant, cum carmina recitarent ex aliquo poëta. Credo itaque ex hoc Hesiodi loco quosdam adductos esse, ut putarint Hesiodum ῥαψῳδὸν fuisse, et primum ῥαψῳδῆσαι. Certe ῥάβδος omnium fuit communis, qui carmina publice, vel privatim pronuntiarent, s. sua, s. aliena. Ceterum quicunque ἐπὶ ῥάβδῳ canebant, non erant ῥαψῳδοὶ, sed illi soli, qui per ῥαψῳδίαν alienis carminibus certabant. Apud antiquos mos obtinuit in conviviis, ut pro lyra myrti, vel lauri virga circumferretur, cum qua accumbentes, qui fidibus nesciebant, scolia, i. e. convivialia carmina cantarent. Hesych.: Μυρσίνης κλάδον ἢ δάφνης παρὰ πότον ἦν συνηθὲς διδόναι τοῖς κατακειμένοις ἐκ διαδοχῆς ὑπὲρ τοῦ ᾆσαι ἀντὶ βαρβίτου. Vide Athen. et Aristoph. Schol. (Cf. Hesych. Ἄιδειν πρὸς μυῤῥίνην· ἔθος ἐν τοῖς συμποσίοις τὸν μὴ δυνάμενον ᾆσαι, imo κιθαρίσαι, δάφνης κλῶνα ἢ μυῤῥίνης λαβόντα, πρὸς αὐτὴν ᾄδειν.) Ex his colligere licet nulla unquam carmina cani olim, aut recitari solita absque lyra, aut virga laurea. Lyrica ad lyram canebantur, vel in convivio, si quis citharizare nesciret, virgam lauri vel myrti tenens ea canebat. Epici vero poëtæ, qua privatim, qua publice cum virga laurea carmina sua recitabant. Et postea inducta consuetudine, ut aliena etiam opera per eos, qui ῥαψῳδοὶ dicebantur, in theatris pronuntiarentur, nunquam absque virga vel baculo laurino id faciebant. Nec tamen inde ῥαψῳδοὶ dicti. Nam ἐπὶ ῥάβδῳ ᾄδειν res antiquior fuit ῥαψῳδοῖς, qui et eam ipsi usurparunt. Callim.: Καὶ τὸν ἐπὶ ῥάβδῳ μῦθον ὑφαινόμενον Ἠνεκέως ᾔειδε δεδεγμένος. (Vulgo legebatur Ἠνεκὲς ἀείδω δεδεγμένος. ‘Scr. δειδεγμένος. Hesych. post Δεῖγμα: Δεδέχατο· ἐδεξιοῦντο, ἐφιλοφρονοῦντο. Δεδεγμένοι· δεξιούμενοι. Lege δειδέχατο ex Homero, et δειδεγμένοι.’ Bentl. De altera lectione, Ἠνεκέως ᾔειδε δεδεγμένος, quæ nobis unice vera videtur, silent Callimachi Interprr., etiam Blomfield. Ἠνεκέως usurpavit Empedocles in loco, quem Noster laudavit. Cf. Simplic. ad Aristot. Phys. 173. Κἀγὼ μυθολογήσω τὸ ῥαβδίον ἔχων ὑμῖν καθήμενος, quem excitavit Schneider. Lex.) Verba Scholiastæ Pindari, quibus Dionysii Argivi opinionem refert de appellatione rhapsodorum, ita leg. sunt: Οἱ δὲ, ὅτι, κατὰ μέρη πρότερον τῆς ποιήσεως διαδιδομένης, τῶν ἀγωνιστῶν ἕκαστος ὅ,τι βούλοιτο μέρος ᾖδε· τοῦ δὲ ἄθλου τοῖς νικῶσιν ἀρνὸς ἀποδεδειγμένου, προσαγορευθῆναι τότε μὲν ἀρνῳδούς· αὖθις δὲ ἑκατέρας τῆς ποιήσεως εἰσενεχθείσης, τοὺς ἀγωνιστὰς, οἷον ἀκειομένους πρὸς ἄλληλα τὰ μέρη, καὶ τὴν σύμπασαν ποίησιν ἐπιόντας, ῥαψῳδοὺς προσαγορευθῆναι. Ταῦτά φησι Διονύσιος ὁ Ἀργεῖος. (Cf. Eust. l. c. Διότι κατὰ μέρος φασὶ τῆς ποιήσεως διαδεδομένης, τὴν

σύμπασαν ποίησιν ἐπιόντες οἱ ᾄδοντες, καὶ τὰ ἐξ ἑκατέρας Ὁμηρικῆς βίβλον συῤῥάπτοντες, ὡς ἐβούλοντο, ῥαψῳδοὶ ἐντεῦθεν προσηγορεύθησαν. Sed illud ἀκειομένους poëticum esset.) Perperam legitur οἷον ἀκουομένους. Homeri poësis per partes et membra olim erat discerpta, non in corpus unum relata, ut hodie extat, nec in ordinem ac seriem digesta. Agonistæ, qui per ῥαψῳδίαν in certaminibus super ea recitanda contendebant, partem aliquam sumere consueverant, quam pronuntiarent. Partes vero carminis, quas uterque antagonista, s. ῥαψῳδὸς recitandas elegerat, invicem postea committebantur, et veluti sartoris acu jungebantur. Eo modo cum universam poësin percurrerent, et sparsas partes conjungerent, ac veluti sarcirent, dictos esse ῥαψῳδούς. Hesych. Ἀκειόμενον· ῥάπτοντα καὶ ἰώμενον. Inde ἀκεστὴς, Sartor; et ἀκεστρία, Sartrix. At Philochorus ἀπὸ τοῦ συντιθέναι καὶ ῥάπτειν τὴν ᾠδὴν eos nominatos voluit, a componendis carminibus. (Cf. F. A. Wolf. infra citandum.) Sic ὑφαίνειν ἔπος Græci dicunt, et μῦθον ὑφαίνειν. Unde ἐπὶ ῥάβδῳ μῦθον ὑφαινόμενον Callim. dixit de ῥαψῳδία. Sic Lat. Carmen texere ac ducere. Simmias ἄτριον Δωρίας ἀηδόνος carmen suum de ovo dixit, h. e. Textum. Sed, cum ῥαψῳδοὶ Ii proprie dicti sint, qui aliena recitabant, non qui sua, vix possunt inde appellati videri, cum nihil ipsi componerent. Præterea si ῥάπτειν ᾠδὴν idem est simpliciter ac Carmen aliquod vel canticum componere et conscribere, poëta quilibet et versificator dici potest ῥαψῳδὸς, non epicus tantum, sed tragicus, comicus, et melicus. Quippe isti omnes ῥάπτουσι τὰς ᾠδὰς, i. e. Componunt. Ita sane videtur sumi et in illis versibus Hesiodi commentitiis, quos supra retulimus: Ἐν Δήλῳ τότε πρῶτον ἐγὼ καὶ Ὅμηρος ἀοιδοὶ Μέλπομεν ἐν νεαροῖς ὕμνοις ῥάψαντες ἀοιδήν. Nihil hæc ad ῥαψῳδοὺς, qui sua non edebant, sed aliena veluti suebant. Præterea quis non videt ab aliquo confictos, et Hesiodo attributos illos versus, qui Hesiodum coætaneum Homero fuisse, et primum ῥαψῳδῆσαι putavit? Idem sentiendum censeo de illo Epigr., quod in tripode scriptum esse, qui in monte Helicone ab Hesiodo dedicatus est, proditur: Ἡσίοδος Μούσαις *Ἑλικώνισι τόνδ' ἀνέθηκε Ὕμνῳ νικήσας ἐν Χαλκίδι θεῖον Ὅμηρον. Ex hoc Epigr. non esse dubium affirmabat Varro, quin aliquo tempore eodem vixissent Homer. et Hesiod. Multo probabilius est ab Hesiodi amatoribus et admiratoribus hæc talia conficta fuisse, qui palmam illi et coronam contra Hom. dare parati erant. Quæ si vera et genuina essent, cui dubium foret ambo eodem omnino tempore fuisse? Sed hæc in medio relinquo." Salmas. Exerc. Plin. 608.]

[Ῥαψῳδός. "Cum fere omnia, quæ de Rhapsodis accepimus, plurimum conferant ad cognoscendam vitam ἀοιδῶν, utpote quorum in locum illi successerint, pauca nobis de insigni ordine dicenda sunt, maximeque ea, de quibus VV. DD. adhuc minus solerter existimarunt. (Nota:—'Optime de iis putatur scripsisse S. F. Dresig. in Comment. Lips. 1734. 4. Et quæ quidem manu congeri poterant, congessit ille pleraque omnia; sed judicium verum lectori reliquit. Hoc qui quærit, adeat saltem Gillies' History of Greece 1, 6.') Ex iis, quæ a Salmasio et aliis disputata sunt de rhapsodis, non intelligitur, eorum potissimum curæ deberi, quod etiam nunc Homerica tractamus, arteque rhapsodica actioni Græcorum omni, et scenicæ et oratoriæ, viam munitam esse. (Nota:—'Inde ὑποκρίνεσθαι sæpe dicitur de cantu rhapsodorum, ipsique ὑποκριταὶ τῶν ἐπῶν vocantur tum a Lexicographis, Hesychio et Timæo, tum a Diod. S. 14, 109. 15, 7. Plures autem ῥαψῳδοὺς et ὑποκριτὰς, ῥαψῳδίαν et ὑπόκρισιν, ut diversa ponunt, usu magis proprio. Proprie enim τὸ ῥαψῳδεῖν ad omnia genera carminum pertinuit, a quibus vera actio abesset, i. e. ea qua etiam orator caret.') Imo hos, quos insignem ordinem appello, pro levissimis hominibus habendos multi docuerunt e Plat. et Xenoph. Sed hic primus est e tribus erroribus, qui hujus rei veritatem pervertunt, quod priscæ illius atque Socraticæ ætatis rationes confunduntur. Alterum errorem jam sublatum puto, quo e falsa notatione nominis ῥαψῳδοῦ, (Nota:—'Παρὰ τὸ ῥάπτειν ᾠδὴν, Consuere s. Connectere carmen, quæ quidem vera est etymologia, sed ex antiquorum temporum ingenio interpretanda. Quippe aliud est Breviora carmina modo et ordine publicæ recitationi apto connectere, s. ut Pind. Schol. ait, εἱρμὸν τινα καὶ ῥαφὴν adhibere, aliud Centonem consuere. Quod vero his postremis sæculis fuerunt VV. DD., qui ῥαψῳδὸν atque ποιητὴν ipsa vi nominis eundem putarent esse, falsa illos analogia fefellit. Non enim ῥάπτειν aut ὑφαίνειν ita de componendis versibus dici solet, ut de struendis dolis et consiliis. Advertatur etiam Pind. Nem. 2. ubi ignavissimum in illa ratione epitheton esset in verbis, ῥαπτῶν ἐπέων ἀοιδοί. Neque eo, sed simpliciter ad cantum rhapsodicum, trahenda est locutio ῥάπτειν ἀοιδὴν in vers. Hesiodo tributis ap. Schol. Pind. l. c. Sed hic attingi tantum possunt ista omnia.') collegerunt quidam, versatam esse operam eorum in versibus passim excerpendis et consarcinandis ad modum Centonum, quales ex Homero a sanctis animis facti extant, ridiculæ ineptiæ in summa gravitate rerum. Atque absurdum illud commentum etiam turpius ornatum est ab iis, qui circulatorios cantores sui temporis rhapsodis similes rati, res, quas illi cecinerint, in tabula pictas et bacillo demonstratas fingebant. Tertius error latissime patet, h. l. nobis in primis coarguendus. Nam quod ante usitatam scribendi artem commune est carminibus omnibus, singulare Homero institutum fecerunt, eumque vatem, quem ingenii sui monumenta scripto consignasse non dubitabant, unum e in paucis cantitari et memoriter vulgari solitum putarunt. Cui rationi et ipsa res et veterum auctoritas prorsus repugnat. Neque enim unius Homeri, sed et Hesiodi et aliorum carmina, omneque epicum genus, mox lyricum quoque et jambicum, complexa est ars rhapsodorum, v. Plat. de LL. 2. p. 658. Ione 530. Athen. 14. p. 620.; fuitque diu hæc sola via publice prodendi ingenii, ut etiam Xenophanem poëmata sua ipsum ῥαψῳδῆσαι legamus, ap. Diog. L. 9, 18. quem locum Ross. nuper in Comment. Laert. non melius accepit quam Feverlin. in Diss. de Xenophane 21. In Homericis autem, omnium præstantissimis, plurimorum studia hæsisse, et quasi familiam quandam extitisse Homeridarum, quæ primo ap. Chios, deinde alibi hanc artem exerceret, multorum testimoniis confirmatur. Familiam dico ea significatione, qua familiæ appellantur sectæ vel scholæ philosophorum, non tanquam stirpem et progeniem Homeri. Quamvis vero artis hujus nomen videatur posterius esse Homero, ipsa ars et professio jam antiquissimis temporibus viguit, ac multo tum quam posthac fuit illustrior. Quoad enim paucorum erat memoria complecti majorem numerum carminum, nondum apertis ludis, quibus illa pueri docerentur, unoque genere eruditorum, sacris vatibus, tota Græcia circumlatis, etiam eos, qui illorum opera in notitiam vulgi perferebant, præcipuo honore habere consentaneum fuit. Quanquam primo quidem vates quemque fere non nisi sua divulgasse, vel ex eo apparet, quod rhapsodicæ professionis Hesiodus, aut alius quis alius suppari ætate auctor nuncupatur: Nicocl. ap. Schol. Pind. et Athen. ll. cc. Exploratiora haberemus de hac omni re, si scripta Dionysii Arg. Timomachi, Hippostrati, Aristoclis, Menæchmi, aliorumque, ab illis duobus laudata, superessent. Nos autem inde a Terpandro Lesbio Olymp. 34. usque ad Cynæthum Chium, excellentem in primis in arte sua Olymp. 69., eosdem non aliena tantum, sed etiam propria cecinisse, nullumque prope fuisse rhapsodum, quin idem probabilis poëta esset, manifesta historiæ vestigia arguunt. Atque ex hoc factum esse puto, ut tam multa carmina illorum temporum, celebratis rhapsodorum, a quibus confecta essent, nominibus, cum ab aliis et aliis subinde repeti solerent, tandem falsis auctoribus assignata, et ad extremum ἀδέσποτα circumferrentur. Jam etsi Homeri ætate perpaucæ artes et opificia a certis hominibus tractabantur, attamen ars ἀοιδῶν tum non minus peculiaris

fuit, quam fabri aut figuli, quam medici aut barioli, v. Od. P. 383. sqq. Hesiod. Ἔργ. 25. Hymn. in Apoll. 165. sqq. etc.; honorem autem publice privatimque habuit longe maximum. Sive enim in oppidis suis manebant, s. varia loca, populorum conventus, regumque epulas obibant, cari diis et venerabiles hominibus habebantur. Eadem rhapsodis dignatio, eadem vita fuit, donec res sensim cum studiis et moribus hominum immutata, et, argento certaminum præmio proposito, ad levem quæstum deducta eviluit: Io ap. Plat. 535. Ἐὰν μὲν κλαίοντας αὐτοὺς καθίσω, αὐτὸς γελάσομαι, ἀργύριον λαμβάνων· ἐὰν δὲ γελῶντας, αὐτὸς κλαύσομαι, ἀργύριον ἀπολλύς. Verum hoc alias: nunc illud quæramus, utrum e libro, an memoriter cecinerint rhapsodi, et quali discendorum carminum modo usi sint, quando libros non haberent. Qua in re nemo nisi veteris Græciæ plane hospes dubitet, quin illi memoriter pronuntiarint omnia: ita jam fecerant prisci vates omnes, trium Musarum, Μελέτης, Μνήμης, Ἀοιδῆς, cultores; quin adhuc Socratis ætate, cum scripta exemplaria Homeri a rhapsodis maxime conquirerentur, Xenoph. M. S. 4, 2, 10. ipsa recitatio non est facta de scripto. Ineptus videor mihi ipse, qui talia doceam. Sed ne illud quidem assecuti sunt multi; imo e Plat. Ione opinionis suæ præsidium captarunt, ubi tamen rhapsodo maxime necessarium esse dicitur memoria valere 539. nihilque aliud inest, quod ad usum exemplarium spectet. Denique adde, quod in verbis, quibus rhapsodorum recitatio notatur, nullum est, quod illuc pertineat. Dicunt Græci de ea ᾄδειν, ψάλλειν, μελῳδεῖν, μνημονεύειν, ἀπαγγέλλειν, διατιθέναι, similia, nunquam ἀναγιγνώσκειν, aut ἀναλέγεσθαι. Stupes fortasse ad tantam capacitatem memoriæ, quæ totum Homerum complecti potuerit? Mihi vero id etiam parum videtur, multoque plura nonnunquam bonos rhapsodos tenuisse suspicor. Etenim si etiam tum, cum multiplex doctrina, ad lectionem librorum revocata, cultissimæque vitæ negotia obruebant memoriam, Athenis fuerunt liberaliter educati, qui universam Iliada et Odysseam tenerent, Xenoph. Symp. 3, 5.; quid ambigis de iis hominibus, qui in tali re assidue operam locabant, et illis in sæculis, ubi brevior orbis discendorum ingeniis quasi vacuitatem dabat, sapientiæque fama longe aliis studiis parabatur? Quid? Plato quidem in Phædro 274. atque alii vett. philosophi judicarunt, hanc facultatem animi nostri metiendam non esse eorum temporum modulo, cum apparatus subsidiorum illius culturam impediret; inventas literas profuisse disciplinis, sed obfuisse discentibus, adeo ut quæ inventio medicamen memoriæ dicta esset, eadem non immerito noxa ejus et pernicies diceretur. Quod verissime monitum esse, illiteratorum hominum et doctrinæ nostræ expertium populorum contemplatio docet. Neque enim nobis opus est afferre singularia specimina validioris memoriæ, ut Hortensii oratoris, quem Cicero narrat ea, quæ secum commentatus esset, sine scripto omnia reddere potuisse iisdem verbis, quibus cogitasset, s. poëtarum, tum αὐτοσχεδιαζόντων, qui Italis Improvisatores vocantur, tum aliorum multorum, quos constat, præsertim interdictos usu scripturæ, plura millia versuum et fecisse in animo, et memoriæ infixa sæpius repetiisse. Quippe non agimus de raris quibusdam miraculis naturæ, verum de ordine hominum, per totam vitam huic uni arti vacantium, ut vel pangerent carmina, quæ mox canendo divulgarent, vel divulgata ab aliis discerent. Atqui tales fere ordines hominum in aliis quoque populis reperimus, ap. Hebræos Scholas, quas dicunt, Prophetarum, tum cognatiores nobis Bardos, Scaldros, Druidas. De his quidem postremis Cæsar B. G. 6, 14. et Mela 3, 2. referunt, propriam eorum fuisse disciplinam, in qua nonnulli ad vicenos annos permanserint, ut magnum numerum versuum edíscerent, literis non mandatorum. Simile quiddam et alias sæpe et nuperrime de natione Ossiani narratum est a G. Thorntono in Transactt. of the American Philosophical Society at Philadelphia 3, 314. In illa natione etiam nunc senes esse, qui tantam copiam

A antiquorum carminum memoria custodirent, ut velocissimum scribam per plures menses dictando fatigaturi essent. Quam vellem tantillum nobis Græci tradidissent de vatibus et rhapsodis suis! Nam et horum propriam quandam disciplinam et singulare studium artis fuisse, pro comperto habendum arbitror. Age igitur, rhapsodicæ διδασκαλίας modum, antiquitatis tenebris obscuratum, similium rerum comparatione eruamus. Fuit is, si quid video, idem, qui diu adhibitus est in scena, et tragica et comica, in variis generibus chororum, denique in scholis et ludis, priusquam scribendi legendique facultas vulgo frequentari cœperat. Is autem modus qualis fuerit, ipsa vocabula testantur. De poëtis enim proprium est et e re ductum, διδάσκειν δράματα, Lat. Docere; de actoribus, μανθάνειν, Discere partes; hinc διδάσκαλοι, ὑποδιδάσκαλοι, *ἀντιδιδάσκαλοι, διθυραμβοδιδάσκαλοι, et alia hujuscemodi: post ea, quæ ex Harpocr. et Hesych. v. Διδάσκαλος a nonnullis VV. DD. breviter, et a

B Casaub. in Athen. 6, 7. didascaliarum causa notata sunt, nemo, quod sciam, in hanc rem accurate inquisivit, expectatque ea adhuc lucem suam cum multis aliis, quæ ad ludos scenicos Græcorum pertinent. Nimirum, ut chironomiam, ut reliquos motus corporis, ut totam saltationem actores discebant aspectu præmonstrantium magistrorum, ita etiam verba, præcinente ipso poëta, auditione, non, sicut hodie, e libellis arripiebant. Itaque hoc instituto usi videntur rhapsodi, ut alter alterum doceret coram, mox exercitatio et frequens recitatio artem pararet. Neque sane est, quod hanc rationem incommodam vel memoriæ molestiorem putemus hac nostra: certe id quisque nobis concedet, eam non potuisse non multo efficaciorem esse ad optimam pronuntiationem atque verborum sententiarumque omnium veram vim et sonum assequendum. Huc accedit, quod acerrima studia auditorum cum summo amore domesticæ historiæ in antiquis ἔπεσιν haud dubie operam istam facilem et jucundam efficiebant. Quæ omnia, ex

C illorum temporum ingeniis ac moribus existimata, locum non relinquunt dubitationi, qui fieri potuerit illud, quod factum esse historicæ rationes pervicerunt. Hæc autem reputanti mihi vehementer errare videntur ii, qui putant literis non usum Homerum statim totum immutari et sui dissimilem reddi necesse fuisse. Id sc. effecisset vaga auditio, non legitima et bene composita διδασκαλία. Veruntamen ipsi veteres a rhapsodis repetebant originem variarum lectt., in eorumque creberrimo cantu præcipuum fontem videbant corruptionis et interpolationis Homericæ. Atque hoc judicium, ab Alexandr. Criticis profectum, servatum ap. Joseph. (c. Apion. 1, 2. p. 439.) ejusmodi est, ut natura rei cogitantem facile eodem perducat. Neque enim ne tenacissima quidem memoria, a scriptis exemplaribus destituta, non vacillat interdum, et paulatim longius a fide desciscit. In primis vero recitatio ipsa, vivido impetu et ardore animi peracta, infirmari oportet memoriam, multisque mutatt. causam dederit, in eo præsertim sermone, qui

D quasi sponte concluderet versum, neque hanc artificiosam concinnitatem haberet, quæ aliunde illata respueret, cum omnia tanta simplicitate sententiis verbis conferta sint, omnia ita membratim et incisim decurrant, ut mutandi, detrahendi, addendi ubique maxima facilitas sit. Postremo mirum fuisset, nisi rhapsodi generosioris spiritus, et qui ipsi poëtæ essent, passim aliquid a se melius dici posse, alia etiam in auditorum gratiam clarioribus verbis exprimenda, alia denique intertexenda pluribus carminibus uno filo nectendis putarent. Ut enim ab omnibus intelligerentur, et cum voluptate audirentur, summa illorum cura esse debuit, non hæc, ut carmina sincera servarent, qualia primum fuderat vates. Itaque nominatim Cynæthi familia insimulatur illum tum aliis modis corrupisse, tum proprios versus inculcasse, Schol. Pind. l. c. et ex eo Eust. (l. c.) Quare equidem crediderim, si e talium rhapsodorum ore exceptum hodie extaret exemplum Homeri, ab insequentibus Criticis non limatum, eandem illius faciem

futuram esse, quam majores nostri Hymni Homeridarum habent. Admonet me hoc nomen Hymnorum, ab Hemsterh. et aliis inductum, ut adjiciam aliquid de interpolatione rhapsodorum, e quo plane appareat, quam illi non alieni fuerint a poëtica facultate, et quam sine fraude talis interpolatio facta sit. Prius quidem etiam nullo auctore verisimillimum esset, nisi adeo frigida putes illorum ingenia, ut usu pœne quotidiano optimorum poëtarum non incaluerint ad aliquid simile tentandum. Verum, etsi hujus ævi tam lacunosa historia est, Pindar. tamen et Plut. de Musica 1133. (loquens de modis citharœdicis et rhapsodis antiquioribus, Τὰ *πρὸς τοὺς θεοὺς, ὡς βούλονται, ἀφοσιωσάμενοι, ἐξέβαινον εὐθὺς ἐπί τε τὴν Ὁμήρου καὶ τῶν ἄλλων ποίησιν· δῆλον δὲ τοῦτ' ἔστι διὰ τῶν* Τερπάνδρου *προοιμίων*,) satis clare tradunt, compositos a rhapsodis esse Hymnos, quibus solenni recitationi Homericorum et aliorum carminum præluderent. Itaque posteriore in primis auctore fretus jam olim Hemsterh. duce conjeci, e talibus proœmiis et fragmentis proœmiorum hanc nostram farraginem Hymnorum conflatam esse, addita causa, non improbabili fortasse, cur illa sensim cum Homericis carminibus confusa sint, ad Hesiodi Theog. p. 60. cf. Mitscherl. ad H. in Cer. p. 101. et Groddeck. Comment. de Hymnorum Hom. Reliqq. 21. Nihil enim, ut opinor, interfuit theatrorum istorum, exploratum habere, cui quidque deberent, quod auditu dignum esset: Alexandrinorum autem tempore, quorum maxime interfuit, nihil videtur superfuisse nisi varia et obscura fama, ut de tot aliis *ἀδεσπότοις*, quorum partim jam ap. Herod. mentio fit. Denique de solennis justæque recitationis ratione in publicis conventibus et certaminibus paucissima sunt, quæ certa rerum fide tradantur. Unum inter omnes constat, utrumque epos Homeri non nisi particulatim ac diverso ordine decantatum esse, et particulæ cuique vulgo proprium nomen fuisse: instar omnium nobis est auctoritas veteris scriptoris, quem excerpsit Ælian. V. H. 13, 14. (l. c.) Ea nomina extant tum ap. Ælian. et Eustath. in principiis rhapsodiarum, tum ap. alios scriptt. quam plurimos, qui passim Homerica loca ad illum modum excitant. Sed eæ partes ab initio fere longiores fuerunt, neque, ut ex Eust. colligas, cum Aristarchea descriptione librorum congruentes. Ita *Ἀλκίνου Ἀπόλογος* 4. vel 5. libros Odysseæ complectebatur: (Nota:—' Cf. recte monentem Twining. ad Aristot. Poët. 365. Addo simillimum exemplum ap. Herod. 2, 116. ubi Il. Z. 289. laudantur e *Διομήδους Ἀριστείᾳ*, quo nomine a Grammaticis appellatur Il. E. Quod ipsum una cum tenore constructionis valde adversatur obelo Valckenærii, delentis verba, *ἐν Διομήδεος Ἀριστείῃ*:') quod pensum in una solemnitate commode absolvi potuit. In aliis carminibus, ut in *Καταλόγῳ Νεῶν*, in *Κόλῳ Μάχῃ*, artem rhapsodi spectatam puto, præsertim in legitimis certaminibus, ut cum ceteris apte coirent, et elegans *ῥαφὴ* efficeretur: in quo tamen haud dubie plura per sæcula nihil certum et constans fuit, cum res modo a locis ac temporibus recitandi, modo ab ingenio et judicio rhapsodorum penderet." Wolf. Proleg. ad Hom. s. 22—5. " Primo quidem tempore et pœne ad Periclis usque ætatem Græcia Homerum et ceteros *ἀοιδοὺς* suos adhuc auditione magis quam lectione cognoscebat. Paucorum etiam tum erat cura scribendi, lectio operosa et difficilis; itaque rhapsodis maxime operam dabant, captique mira dulcedine cantus ab illorum ore pendebant. In clarissimis hujus sæculi rhapsodis memoratur circa Olymp. 69. Cynæthus, Pindaro æqualis, qui Chio commigravit Syracusas, vel ibi maxime artem factitavit, Schol. Pind. (l. c.) Atque hujus professionis homines cum omne tempus consumerent in ediscendo poëta, eosdem ejus primos Interprr. fuisse putes. Sed nullo id confirmatur certo testimonio scriptoris. Quod enim a nonnullis affertur Platonis, illud in isto contextu ad quemvis actorem scenæ transferri potuerat: (Nota:—' Ione 530. *Οὐ γὰρ γένοιτό ποτε ῥαψῳδὸς, εἰ μὴ συνίῃ τὰ λεγόμενα ὑπὸ τοῦ ποιητοῦ. Τὸν γὰρ ῥαψῳδὸν ἑρμηνέα δεῖ τοῦ ποιητοῦ τῆς διανοίας γίγνεσθαι τοῖς ἀκούουσιν*. Speciosius est, quod respondet Io, posse se *κάλλιστα ἀνθρώπων λέγειν περὶ Ὁμήρου*, eaque in re certare cum interprr. optimis. In ceteris quidem hic pulcellus interpres nihil profert tanto hiatu dignum; sed potuerit id facere, ut Sydenham. censet, non quærimus de rhapsodis ætatis Platonicæ, sed de antiquis successoribus *ἀοιδῶν*. Cf. p. 535. n.') Quocirca non dubito, quin antiquissimi philosophi auctores interpretationis habendi sint, et initio quidem *πραγματικῆς*." Idem ib. 36. Vide et Villoison. Proleg. ad Hom. p. lvi.]

[Ῥαψῳδός. Hesych. Βραυρωνίοις· *τὴν Ἰλιάδα ᾖδον ῥαψῳδοὶ ἐν Βραυρῶνι τῆς Ἀττικῆς. Ὠιδεῖον· τόπος, ἐν ᾧ, πρὶν τὸ θέατρον κατασκευασθῆναι, οἱ ῥαψῳδοὶ καὶ οἱ κιθαρῳδοὶ ἠγωνίζοντο.*]

[* *Ψευδοραψῳδὸς, ὁ, ἡ*. " Hesych. *Ψευδοραβδοθίαι· ψευδοραψῳδοί*." Boissonad. Mss.]

Ῥαψῳδία, (ἡ,) Contextura carminum, hexametrorum præsertim, et quasi consarcinatio, de qua lege quæ modo dixi in Ῥαψῳδῶ. Aristot. de Poët., *Καθάπερ Χαιρήμων ἐποίησεν Ἱπποκένταυρον, μικτὴν ῥαψῳδίαν ἐξ ἁπάντων τῶν μέτρων*. [Locus est c. 3. Ed. Burgess. Οὐδὲν *δὲ κοινόν ἐστιν* Ὁμήρῳ *καὶ* Ἐμπεδοκλεῖ, *πλὴν τὸ μέτρον· δι' ὃ τὸν μὲν ποιητὴν δίκαιον καλεῖν, τὸν δὲ φυσιολόγον μᾶλλον ἢ ποιητήν*. Ὁμοίως *δὲ, κἂν εἴ τις ἅπαντα τὰ μέτρα μιγνύων ποιοῖτο τὴν μίμησιν, καθάπερ* Χαιρήμων *ἐποίησε* Κένταυρον, *μικτὴν ῥαψῳδίαν, ἐξ ἁπάντων τῶν μέτρων οὐκ ἤδη καὶ ποιητὴν* * *προσαγορευτέον*. " Supra dixerat, scriptt. qui non imitantur, licet metro epico vel elegiaco scripserint, *ἐποποιοὺς* et *ἐλεγειοποιοὺς* male nominari: addit nunc, poëtam, si quis per metra omnigena imitationem fecerit, ut Chæremo fecit, non idcirco e metris omnigenis nominari debere, *παμμετροποιοῦ* sc. titulo, vel aliquo ejusmodi. Ut hic sensus, qui mihi quidem verus videtur, ex h. l. eliceretur, interpunctionem tantum post *μέτρων* sublatam post *ῥαψῳδίαν* posui. Quod si Codd. Mss. sinerent, voces illas, *μικτὴν ῥαψῳδίαν*, penitus delerem, quas e glossemate ortas suspicor." Tyrwhitt. At, si hoc sibi voluisset Aristot., illud *παμμετροποιοῦ*, quod emphasin haberet, exprimendum esse, non subintelligendum esse existimasset. Porro nunc loquitur Philosophus de eo, qui poëta dicitur, non de titulo ejus, qui per metra omnigena imitationem fecit. Verum vidit Hermann., qui sic edidit: Ὁ*μοίως δὲ κἂν εἴ τις ἅπαντα τὰ μέτρα μιγνύων, προΐοιτο τὴν μίμησιν, καθάπερ Χαιρήμων ἐποίησε* Κένταυρον, *μικτὴν ῥαψῳδίαν ἐξ ἁπάντων τῶν μέτρων, οὐκ ἤδη καὶ ποιητὴν προσαγορευτέον*. " Tyrwhitti constructio vulgata durior est; quare vulgatam retinui. Verba, *μικτὴν ῥαψῳδίαν*, glossema putat Tyrwh. absque causa idonea." Buhl. " Legitur in libris *ποιοῖτο τὴν μίμησιν*, et deinde Edd. habent *οὐκ ἤδη καὶ ποιητήν*. Plerique Codd. *οὐκ ἤδη* omittunt, (ut Ven. Guelph. Parr. 2040. 2938. in Burgessii Appendice: deinde *καὶ π*. Guelph. Par. 2040. *καὶ τοῦτον π*. ap. Eund. ib. Deesse *οὐκ ἤδη* in Codd. Vat. Urb. 47. et Reg. Matrit. 92. testatur Idem in Musei Oxon. Liter. Spec. Fasc. 2. Pt. 2. p. 3. *Οὐκ ἤδη* legi in Aldi Edd. 1508. Paccii 1536. Bas. 1550. Camotii 1551. Victorii 1573. Sylburgii 1585.; et deesse in Ed. Morelii 1555.; porro *οὐκ ἤδη* legi in Edd. Heinsii, Edinb. Glasg. Chandleri, Harlesii, Upton. Ox. 1760. 8. Winstanl. Matrit. 1778. Cookii, Cantab. 1785.: *οὐχ ἧττον* in Edd. Batteusii et Reizii, notatum est in Tabula, quam idem Burgess. in Mus. Oxon. Liter. Spec. Fasc. 2. Pt. 1. exhibet.) Battesii conjecturam, *οὐχ ἧττον ποιητὴν* recepit Reizius. (' Plures Victorii Codd. necnon Medicei in Ed. Winstanl. excerpti omnes, Ven. Guelph. Par. 2040. 2938. sicut etiam Ed. Morel. *οὐκ ἤδη* non agnoscunt: male. Alii Victorii Codd. Guelph. Medic. B. et Par. 2040. Ed. Morel. *καὶ τοῦτον ποιητὴν* habent. Heinsius *προσαγορευτέον* cum interrogationis nota legi jubebat: non necesse. Batteusius pro *οὐκ ἤδη καὶ* maluit *οὐχ ἧττον*: pessime. Miror sane, quod Reiz. hanc lectionem receperit.' Buhl.) Videamus quæ sit harum lectionum vis et virtus. Poëtas, inquit Aristot., appellare a metri genere solent: falso. Nam poëtæ sunt, qui imitantur, ut Hom.; non sunt, qui non imitantur, ut Empedocles. Quod si quis omnibus metris mixtis imitetur, ut Chæremo, hic non erit poëta dicendus. Hic est vul-

gatæ lectionis sensus. At is aperte falsus; nam, si quis imitatur, s. is uno metri genere, s. omnibus, s. nullo id faciat, poëta erit propter hoc ipsum, quia imitatur. Quod si lectionem Codd. illorum, qui οὐκ ἤδη omittunt, et Battesii spectamus, utraque huc redit: Etiam qui omnibus metris imitatur, poëta erit dicendus. At quorsum hoc dicat Aristot.? Si eum solent poëtam appellare, qui metris utatur, quid dubium est, quin eum quoque dicturi sint poëtam, qui omnia metra adhibeat? Quem ut non possint ἐποποιὸν, vel ἰαμβοποιὸν vocare, at vocabunt πολυμετροποιόν. Imo illorum opinioni, qui poëtas appellant, quos metro uti vident, non nisi hæc duo opponi possunt: poëtam esse, qui imitetur, etiam si nullo metro utatur; et poëtam non esse, qui non imitetur, etiam si omnibus metris utatur. Horum primum non dixisse Aristot. manifestum est, qui et omnium metrorum usum disertim commemoret, et exemplum adhibeat Chæremonis. Ergo alterum dixerit necesse est, non esse poëtam, qui omnibus metris utatur, nisi idem etiam imitetur. Vidit hoc etiam Victor.; sed quod hic edidit, οὐ ποιοῖτο τὴν μίμησιν, uno libro Ms. adjuvante, id duplici vitio laborat, et οὐ pro μὴ posito, et accessione articuli. Nam quod volebat Victor., id Græce diceretur, μὴ ποιοῖτο μίμησιν. ('Victor. legit, εἴ τις ἅπαντα τὰ μέτρα μιγνύων οὐ ποιοῖτο τὴν μίμησιν,—οὐκ ἤδη καὶ ποιητὴν προσαγορευτέον, sensu prorsus ei contrario, quem Aristot. exprimere voluit, et invitis Codd. omnibus. Vide Victorii Comment. 17. et Twiningii notam, qua nostram lectionem, Ὁμοίως δὲ κἂν εἴ τις ἅπαντα τὰ μέτρα μιγνύων ποιοῖτο τὴν μίμησιν, καθάπερ Χαιρήμων ἐποίησε Κένταυρον, μικτὴν ῥαψῳδίαν ἐξ ἁπάντων τῶν μέτρων, οὐκ ἤδη καὶ ποιητὴν προσαγορευτέον, a Victorio defendit, p. 165. sq.' Buhl.) Quæ cum ita sint, scr. censui una addita litera προΐοιτο, Negligeret, et revocandam vulg. lect. οὐκ ἤδη καὶ ποιητήν. Causa, quare οὐκ ἤδη plerique Librarii omiserint, manifesta est. Nam cum semel scriptum esset ποιοῖτο, quod hoc facilius accidere poterat, quo frequentius in hoc libro hæc formula dicendi occurrit, sensum videbant ineptum esse, si legeretur οὐκ ἤδη. Ceterum Chæremonis exemplum non ideo attulit Aristot., ut hunc poëtam esse negaret, sed ut ostenderet, posse aliquem omnibus metris uti. Nam ita de eo, et merito existimavit, esse eum ad legendum, quam ad scenæ usum, aptiorem. In Rhet. 3, 12. enim sic loquitur: Βαστάζονται δὲ οἱ ἀναγνωστικοὶ, οἷον Χαιρήμων· ἀκριβὴς γὰρ, ὥσπερ λογογράφος. Hanc sententiam qui exemplo confirmatam videre cupit, legat fragmm. illa, quæ ad Eurip. Hec. p. 128. 130. emendavi. Ac nisi fallor, ex hac ipsa re explicari poterit, cur Aristot. hic et infra 24, 11. de Centauro tanquam de carmine epico loquatur, quem Athen. 608. δρᾶμα * πολύμετρον vocat. Videtur enim dramatum more id carmen scriptum fuisse, sed non ut in scenam afferretur, verum ut legeretur. Eodem modo non satis proprie Philoxeni dithyrambus Cyclops Δρᾶμα dictus est, de quo dicemus ad 2, 6. Versus, quos e Centauro affert Athen. 676. trimetri jambici sunt; item quos Idem affert 608. qui sic scribendi videntur: "Ἔνθεν μὲν αὐτῶν εἰς ἀπείρονα στρατὸν Ἀνθέων * ἀλόγχων ἐστράτευσαν, ἡδοναῖς Θηρωμένων, * πάμμικτα λειμῶνος τέκνα. Ceterum Tragicum perhibet Chæremonem, id quod et nomina fabularum et sermo fragmentorum arguunt, Athen. 43. c. 562. c. 608. c. 679. e. Suidas autem et Eudocia 436. et Anonymus Interpres ad Aristot. Rhet. 3. Comicum fuisse tradunt, eo fortasse adducti, quod suaviores, quam tristiores, ejus fabulæ viderentur." Hermann. "Chæremo in Centauro v. 1. Ἔνθεν μὲν αὐτῶν εἰς ἀπείρονα στρατὸν ἀνθέων ἀλόχων ἐστράτευσαν. Cum αὐτῶν non habeat, quo referatur, nam ad ἀνθέων referri non posse, apparet e seq. θηρωμένων, fuisse suspicabar, ἑσμὸς μὲν αὐτῶν, cui vocabulo jungitur ἐστράτευσαν per synesin. Pro ἀλόχων Hermann. ad Aristot. Poët. 98. * ἀλόγχων scripsit, non sine magna veritatis specie, si Chæremonis sermonem cogites. Lenior fuisset metaphora, si scripsisset, στρατὸν ἀνθέων ἄλογχον. Haud absimili ratione Sophocles in Achill. Amator.

A ὄμματα * πλατύλογχα dixerat, ut est ap. Hesych. v. Ὀμμάτειος πόθος. Cf. Toup. Ep. Cr. 133. (Emendd. 2, 567.) V. 3. fortasse leg. Θηρωμένων τὰ τερπνὰ λειμώνων τέκνα." Jacobs. Addit. Anim. in Athen. 325. Restat, ut pauca dicamus de lectione ἱπποκένταυρον in Aristot. loco, quam Noster exhibet pro Κένταυρον, ut hodie legitur. "Κένταυρον pro Ἱπποκένταυρον reposui auctoritate Codd. Victorii, et Athenæi, qui Chæremonis opus eo nomine citat 608. 676. In hoc autem Athen. lapsum crediderim, quod in loco priore Κένταυρον appellet Δρᾶμα * πολύμετρον: Epopœiam enim, non Drama, fuisse, ex Aristot. ratiocinatione constat, et hic, et infra p. 85." Tyrwhitt. "Vulg. Ἱπποκένταυρον. Ven. ἐπίταυρον, at in margine manu eadem, γρ. ἐπικένταυρον. Leid. ἐπὶ ταῦρον, supra script. eadem manu Κένταυρον. Guelph. Parr. 1741. 2040. 2938. Κένταυρον." Burgess. Append. "Vat. Urb. 47. ἐποίησε Κεν. Reg. Matrit. 92. ἐπὶ Ταῦρον." Idem in Musei Oxon. Liter. Spec. Fasc. 2. Pt. 2. p. 3. "Leg. ἐποίησεν ἐπὶ Κενταύρῳ," Castel-B vetrus ap. Eund. ibid. p. 15. Κένταυρον exhiberi in Edd. Morelii 1555. Victorii 1573. Heinsii, Chandleri, et Reizii; Ἱπποκένταυρον in Sylburgii Edd. 1585. Aldi 1508. Paccii 1536. Bas. 1550. Camotii 1551. Upton. Oxon. 1760. 8. Winstanl. Edinb. Glasg. Batteusii, et Harlesii, notavit Idem in Tabula, quam dedit in Mus. Oxon. Liter. Spec. Fasc. 2. Pt. 1. "Καθάπερ X. ἐποίησε Κένταυρον: ita recte emendavit Victor. e Codd. suis, et ex Athen. 608. ubi hic de Chæremone ait, Ἐν δὲ Κενταύρῳ, ὅπερ Δρᾶμα πολύμετρόν ἐστι κ. τ. λ. Nec aliter legunt Codd. Guelph. et Parr. 1741. 2040. 2938. Cod. Medic. A. C. et Ven. ἐπίταυρον. In marg. Ven. manus eadem correxit γρ. ἐπικένταυρον. Cod. Leid. habet ἐπὶ ταῦρον, sed eadem manu supra scriptum est Κένταυρον. F. recentt. Editoribus in textu jam exhibuerunt Κένταυρον Heins. Reiz. Editor Ox. 1760. (in Ox. 1760. 8. Ἱπποκένταυρον reperitur, teste Burgessio l. c.) et Tyrwh. Vulgo Ἱπποκένταυρον. Cf. de Chæremone Aristot. Rhet. 3, 12. Athen. 676. Twi-C ning. Not. p. 168." Buhl. Observationem Hemsterhusii hanc ad Lucian. 1, 30. ab Aristot. Editoribus et Interprr. prætermissam, pro inedita dedit Burgess. in Mus. Oxon. Liter. Consp. p. 30.:—"Ἔστι γοῦν ἐκ δύο καλῶν ἀλλόκοτον τὴν ξυνθήκην εἶναι, οἷον ἐκεῖνο τὸ προχειρότατον, ὁ ἱπποκένταυρος. Duplici fere sensu veteres usurpant; primum ad significandam rem s. insolitam et portenti similem, s. fictam et vera natura vacuam adhibetur: Eust. ad Il. A. p. 102. ἀνυποστάτους ἐννοίας, καὶ ἃς οὐκ οἶδε φύσις τελεσφορεῖν. Quis enim hippocentaurum fuisse, aut chimæram putat? ut ait Cic. de N. D. 2, 2. Noster in Hermot. 72. cum chimæras et gorgonas adjungit, in animo certe Platonis habuit locum in Phædro 1211. qui ἀμηχάνους πλήθει τε καὶ ἀτοπίᾳ τερατολόγους φύσεις vocat. Cic. de N. D. 1, 38.: Quid interest, utrum de hippocentauro, an de deo cogitemus? Ad hanc normam somniorum interpretes hippocentauros, atque ejusmodi alia somniantibus oblata exigunt. Vide Artem. 2, 49. 4, 49. Sic D illi veteres: nunc naturæ miraculorum periti dispiciant, an major habenda sit fides Plinio, qui H. N. 7, 3. hippocentaurum ex Ægypto in melle Romam allatam se vidisse asseverat. Deinde poni solet hæc vox de iis, quæ dissimili genere in unum congregantur ac coalescunt. Sic Chæremo Hippocentaurum fecerat, μικτὴν τραγῳδίαν ἐξ ἁπάντων τῶν μέτρων, teste Aristot. de Poët. 224. Victorius, eumque secutus D. Heins. Κένταυρον dederunt, quia cum in modum Athen. proferat 608. addens, ὅπερ δρᾶμα πολύμετρόν ἐστι, et 676. Ego nihil in Philosopho movendum censeo, ut qui minime dubitem, quin titulus ab hac metrorum varietate sit petitus: quo pacto Hippocentaurum dixeris, an Centaurum, perinde erit. Ad idem scriptum pertinet, quod tradit Aristot. de Poët. 252. Ἔτι δὲ ἀτοπώτερον, εἰ μιγνύοι τις αὐτὰ, (de metro heroico, jambico, et tetrametro fuerat locutus,) ὥσπερ Χαιρήμων. Illa μῖξις ἄτοπος, qualis est hippocentauri, opinionem de titulo meam confirmat. Simili modo Noster in Bis Accus. 33. Dialogum querentem facit,

A Ἱπποκενταύρου δίκην σύνθετόν τι καὶ ξένον φάσμα τοῖς ἀκούουσιν δοκῶ. Et in Fugit. 10. seu Lucianus, s. quis alius, non inficete quidem Sophistas traducit, velut hippocentaurorum genus quoddam, Σύνθετόν τι καὶ μικτὸν ἐν μέσῳ ἀλαζονείας καὶ φιλοσοφίας πλαζόμενον. De quibus quæ notat Cresoll. Th. Rh. 2, 1. si ad hæc adjungas, nihil erit magno opere, cur plura desideres."] Aristot. Rhet. 3. Καὶ γὰρ εἰς τὴν τραγικὴν καὶ ῥαψῳδίαν ὀψὲ παρῆλθεν. Athen. 6. Λιμῶδες γὰρ ὄντως ἡ ῥαψῳδία. Sunt qui ῥαψῳδίαν proprie dictam putent Homeri Poësin, in unum quasi corpus consutam, cum antea ejus membra divulsa a quibusdam circulatoribus poëtis recitarentur; et citatur e Luciano ῥαψῳδία τῆς Ἰλιάδος, [respicitur forte 1, 499. Ὅπερ καὶ ναυτιάσας ἐκεῖνος ἀπήμεσε τῶν ῥαψῳδιῶν τὰς πολλὰς αὐτῇ Σκύλλῃ, καὶ Χαρύβδει, καὶ Κύκλωπι, Schol. Ὅτι Γαλάτων ὁ ζωγράφος ἔγραψε τὸν μὲν Ὅμηρον ἐμοῦντα, τοὺς δὲ ἄλλους ποιητὰς τὰ ἐμημεσμένα ἀρυομένους,] ac testatur Eust. veteres Totam Homeri poësin eo nomine appellasse, sed videmus non solum Totam poësin ita inscribi, sed Singulos etiam libros. B Quo crediderim respexisse Hesych. cum ῥαψῳδίαν esse dixit μέρος ποιήματος. Quam tamen signif. posteriorem esse puto. ‖ Ῥαψῳδία est etiam Inanis loquacitas. Vide Suid. et Hes.

" **Δυσπερικαθαίρετος,** (ὁ, ἡ,) Qui difficulter detrahi " s. demi potest. Theophr. H. P. 5, 1. *Τότε γὰρ " εὐπεριαίρετος ὁ φλοιὸς, διὰ τὴν ὑγρότητα τὴν ὑπογινο- " μένην αὐτῷ· μετὰ δὲ ταῦτα, δυσπερικαθαίρετος.* Per- " peram enim ibi vulg. Edd. habent *δυσπερικάθαρτος,* " ut ex opposito *εὐπεριαίρετος* patet, et e Plinio, qui " 16, 39, interpr. Cortex inextricabilis."

[* **Μεθαιρέω,** Accipio. Od. Θ. 375. *ὁ δ' ἀπὸ χθονὸς ὑψόσ' ἀερθεὶς, Ῥηϊδίως μεθέλεσκε, πάρος ποσὶν οὖδας ἱκέσθαι,* ubi Pseudo-Did. *μετελάμβανε.*]

Παραιρέω, licet Bud. scribat voce tantum passiva dici. Theophr. H. P. 5. *Διὸ δὲ οἱ ἀρχιτέκτονες συγγράφονται παραιρεῖν τὰ πρὸς τὴν μήτραν,* Itaque architecti hoc addunt in syngrapha, ac nominatim cavent, ut eximatur medulla, ut vertit ipsemet Bud. Comm. 594. || Apud Thuc. autem *παραιρεῖν* pro Diruere, ut Valla interpr. 3. p. 113. *Καὶ τοῦ τε φρουρίου τῶν Ἀθηναίων παρεῖλε (ἡ ἐπίκλυσις.)* Schol. exp. *μέρος παρέκοψε,* si mendo caret hæc scriptura. Invenitur et ap. Eurip. *παρεῖλες* pro Detraxisti.

Παραιρέομαι, Adimo, Aufero. Aristot. Pol. 3. *Εὐποροῦντες δ' ὄχλου, παραιροῦνται κατὰ μικρὸν τοὺς ἐκ δούλου καὶ δούλης,* Bud. interpr., Cum autem abundat ipsis multitudo, auferunt e numero civium e servo ancillaque natos. Demosth. (289.) *Ἕως πόλεις δῶρα παραιρούμενον αὐτὸν βαρβάρους καὶ ἰδίας.* Idem de F. Leg. (399.) *Οἱ δέ γε τοὺς χρόνους ἴσόν ἐστ' ἀδίκημα ἢ τυράννου παρελέσθαι καὶ ἡμῶν,* Rerum gerendarum occasiones eximere. Et cum duobus accus. Aristid. Panath. *Καὶ παρείλοντο Ξέρξην τὰς ἐλπίδας τὸ καθ' αὑτοὺς,* Xerxi spem suam expectationemque abstulerunt. Item cum accus. et gen. Xenopho, *Βουλόμενος τοὺς συνουσιαστὰς αὐτοῦ παρελέσθαι,* ubi *παρελέσθαι* sonat quod Gallice dicitur Soustraire. In VV. LL. exp. Avertere. Dicitur et *παραιροῦμαί σε τούτου,* pro Privo te hac re, Adimo tibi hanc rem. Herod. 6. *Καὶ παρελόμενος πάσης τῆς περικειμένης σκευῆς.* Idem 5. *Καὶ τῶν τιμῶν παρελόμενος.* Hoc etiam scribit Bud. Demosthenem verbis *παραιροῦμαι* et *περιαιροῦμαι* in eundem fere sensum uti.

[" **Παραιρέω,** Brunck. Hippol. 1115. ad Mœrin 299. Toup. ad Longin. 349. Valck. Hippol. p. 192. 282. Diatr. 222. Wessel. ad Herod. 229. ad Diod. S. 1, 386. ad Herod. 643. Phrynich. Ecl. 182. Thom. M. 687. 707. Cattier. 84. Diod. S. 2, 354. ad 613. *Τοὺς χρόνους,* ad Dionys. H. 1, 330. De constr., Musgr. Heracl. 908. Abresch. Æsch. 2, 116." Schæf. Mss. " Jambl. 118. Polyæn. 322. Diod. S. p. 27. *Παρελέσθαι τῆς τριβῆς,* Moram recidere, Joseph. 672. Jambl. V. P. 131. Eur. Hippol. 1316." Wakef. Mss. Cass. Dio 167. 233. 479. Lex. Xenoph. Lex. Polyb.] " **Παρέλω,** inus. thema, a " quo *παραιρέω* mutuatur fut. 2. et aor. 2., unde " *παρελὼν* et *παρελόμενος,* Qui ademit, et *παρέλοιτο,* " Ademisset, ac similia alia."

Παραίρεσις, (ἡ,) Ademtio, Detractio. Aristot. Pol. 5. *Καὶ παραίρεσιν ποιοῦνται τῶν ὅπλων,* pro *παραιροῦνται τὰ ὅπλα,* Adimunt arma vel detrahunt. Plato, *Καὶ μετὰ δὴ τοῦτο δανεισμοὶ καὶ τῆς οὐσίας παραιρέσεις,* Fortunarumque ademtio ob æs alienum. Bud. Apud Thuc. autem *παραίρεσις* exp. Deminutio, 1. *Ξυμμάχων τε ἀπόστασις, μάλιστα παραίρεσις οὖσα τῶν προσόδων αἷς ἰσχύουσι.* [Cass. Dio 632. " Thom. M. 683." Schæf. Mss. Thuc. 1, 169.]

Παραίρημα, (τὸ,) Quod adimitur aut detrahitur. In VV. LL. exp. Recisio, e Bud. Epist. post. Thuc. 4. p. 137. *Καὶ ἐκ τῶν ἐσθήτων παραιρήματα ποιοῦντες, ἀπαγχόμενοι κ. τ. λ.* ubi *παραιρήματα* J. Poll. ait vocari a Thuc. (7, 64.) *τὰ πρὸς ταῖς ὤαις, ἃς παραιρεῖσθαί φησιν ὡς ἰσχυρὰς εἰς ἀγχόνην.* Schol. autem dicit, *ὡς ἂν εἰ ἔλεγε, τελαμῶνάς τινας ἀποσχίζοντες τῶν ἱματίων.* Hesych. exp. * *παραρράμματα ἱματίων.* Ego existimo *ἐκ τῶν ἐσθήτων παραιρήματα ποιοῦντες* esse dictum pro *παραιρούμενοι μέρη τινὰ τῶν ἱματίων,* ut cum Gall. dicitur, Faire des pièces de quelque chose pro Dépecer. Valla interpr. Restes. Quidam autem *παραιωρήματα* perperam ibi legerunt, ut in hac voce docebo. [Abresch. Diluc. Thuc. 423. " *Παραίρεμα* ad Mœrin 299. *Παραίρημα,* Mœris l. c. et n. Thom. M. 683." Schæf. Mss. Vide Schneider. Lex.]

[* **Προσπαραιρέομαι,** Insuper detraho, eripio. Cass. Dio 479. *Πάντως δ' ἂν καὶ τὰς δυνάμεις, ἃς εἶχε, προσπαρείλοντο,* ubi vulg. *προσπαρείχοντο,* sed X. *προσπαρείλοντο,* quod recepit Reimar. Inter dubia vocc. ponitur in Schneider. Lex.]

Περιαιρέω, Circum aufero, vel in circuitu. Item pro Circumcido, Amputo, unde *περιαιρουμένη ἄμπελος,* Vitis amputatis sarmentis. Putatas Gaza e Cic. dixit. Bud. Comm. 668. Theophr. E. P. 3, 6. *Περιαιρεῖν τὴν θάλειαν τῶν κλάδων.* Item Detraho, ut Herodian. 3. *Καὶ περιελεῖν τινὰ αὐτοῦ τῆς ἐξουσίας τὸν Σεβῆρον.* Idem 2. *Τά τε ξιφίδια περιαιροῦσιν αὐτῶν.* Ab Aristoph. autem (Eq. 290.) *περιελῶ σ' ἀλαζονείας* inversa illa constr. dicitur, quod Schol. exp. *παύσω.* In passiva voce, cum priore illa constr., ut *περιαιρεῖται τοῦ ἀνθρώπου,* Ab homine aufert. Et cum accus., sicut *ἀφαιροῦμαι,* ut Demosth. in Mid. (559.) *Ἐπεὶ περιαιρεθεὶς οὗτος τὰ ὄντα, ἴσως μὲν οὐκ ἂν ὑβρίζοι,* Si ab eo auferrentur ejus divitiæ et publicarentur, modestius deinde ageret. Eadem constr. dicitur *περιαιρεῖται τὰς ῥίζας,* quod exp. a Gaza Ablaqueatur. *Περιῃρημένος* exp. etiam Eversus, vel Profligatus, ut in hoc Thuc. loco, 3. *Καὶ τὰ τελευταῖα λιπόντες, τοῦ ἄλλου περιῃρημένου, ἀσθενέστερα ἔμελλον ἕξειν.* || A Bud. exp. etiam Excutio, Abstergo, et subjungitur hic e Demosth. locus, *Περιαιρεθῆναι τὴν ὕβριν καὶ τὸ φρόνημα αὐτῶν.* [" Plut. Mor. 1, 932. Heyn. ad Apollod. 1398. Palæph. 163. ubi v. not. Kœn. ad Greg. Cor. 21. Heindorf. ad Gorg. 191." Schæf. Mss. " Julian. 32. Hom. H. in Apoll. 461. Excello, Suid. v. *Ἀδριανός.*" Wakef. Mss. Ocell. Luc. 327. Abresch. Diluc. Thuc. 732. Schleusner. Lex. in N. T. Biel. Thes. Lex. Xenoph. Cass. Dio 755. " Apol-

lod. 1. p. 12. igne. Diruere τὰ τείχεα, Herod. 345. Sæpe Thuc. et Xenopho 322. Demosth. 212. Plato proprie Symp. 3, 213. Τοῦ ἄλλου περιῃρημένου, Thuc. 174. i. e. δεδουλωμένου." Valck. Mss. Glossæ: Περιαιρέω· Amputo. Περιαιρεθείς· Ademtus.] "Περιέλω, inus. thema, a quo περιαιρέω mutuatur sua "tempora. Significat vero Detraho, Demo, item "Demolior."

[* Περιαίρημα, τὸ, i. q. περιαίρεσις, Schol. Aristoph. Eq. 767.]

Περιαίρεσις, (ἡ,) Detractio, Circumamputatio, Theophr. H. P. 4, 17. περιαίρεσις τοῦ φλοιοῦ, quod alibi φλοισμὸν appellat, Plin. Decorticationem. [Glossæ: Περιαίρεσις· Circumcisio. Περιαιρέσεις· Digestæ. "Ad Charit. 291." Schæf. Mss. HSt. Lex. Med. 437.]

"Περιαιρετέον, Detrahendum, Adimendum, s. Demendum." ["Geopon. 5, 29." Kall. Mss. "Steph. Dial. 28. Diod. S. 2,323." Schæf. Mss.]

Περιαιρετὸς, (ἡ, ὸν,) Exemtilis, ut περιαιρετοὶ ὀφθαλμοὶ Lucian. Hist. Ver. 1. Τοὺς ὀφθαλμοὺς περιαιρετοὺς ἔχουσι, καὶ ὁ βουλόμενος ἐξελὼν τοὺς αὐτοῦ, φυλάττει ἔς τ' ἂν δεηθῇ ἰδεῖν. [Lucian. pro Imag. 2, 485. "Pausan. 61." Schæf. Mss. Glossæ: Περιαιρετός· Exemtilis.]

"Εὐπεριαίρετος, (ὁ, ἡ,) Qui facile detrahitur, ut "εὐπεριαίρετος φλοιὸς, Cortex qui facile detrahitur, "s. Cortex extricatu facilis, Cortex facile extricabi"lis, ut Plin. loquitur. Vide Δυσπερικαθαίρετος." ["Theophr. 103." Wakef. Mss.]

[* "Ἐκπεριαιρέω, Andr. Cret. 119=198." Kall. Mss.]

[* Συμπεριαιρέω, Undique tollo.]

[* Συμπεριαιρετέον, Undique tollendum.]

Προαιρέω, Promo, Depromo. Thuc. 8. p. 291. Ἐς ἣν καὶ τὸν σῖτον ἠνάγκαζον πάντας τὸν ὑπάρχοντά τε καὶ τὸν ἐπιπλέοντα ἐξαιρεῖσθαι, καὶ ἐντεῦθεν προαιροῦντας πωλεῖν, ubi Valla προαιροῦντας interpr. Promentes, non male, mea sententia. Reperio enim et ap. Lucian. Καθάπερ ἐκ ταμιείου προαιρῶν. Rara est autem hæc vox activa, et in VV. LL. omissa.

Προαιρέομαι, signif. activa, Præfero, Antepono, Præopto, Malo, q. d. Præeligo. Herod. 6. Τοῦ παρόντος κινδύνου τὸ μέλλον προελόμενος ἀνεδέξατο τὴν τιμὴν, Polit. interpr., Futurum quam præsens periculum præoptans, honorem scilicet recepit. Luc. in Dial. Achillis et Antilochi, Ὃς, ἐξὸν ἀκλεῶς ἐν τῇ Φθιώτιδι πολυχρόνιον βασιλεύειν, ἑκὼν προείλου τὸν μετὰ τῆς ἀγαθῆς δόξης θάνατον. Interdum vero additur particula ἀντὶ aut μᾶλλον, quæ facit ut quodammodo vacet præpositio. Xenopho, θάνατον ἀντ' αὐτοῦ προαιρετέον ἦν. Aristot. Pol. 5, 11. Προαιρεῖσθαι μᾶλλον κερδαίνειν. Rursus Xenopho, Προαιρεῖσθαι τὸ κατεπεῖγον μᾶλλον πράττειν ἢ τῇ γαστρὶ χαρίζεσθαι, ubi animadvertenda est etiam trajectio adverbii μᾶλλον. Lucian. cum μάλιστα junxit in Anacharside, Διὸ καί σε μάλιστα φίλον ἐξ ἁπάντων Ἀθηναίων προειλόμην κατὰ κλέος. Dico autem hic velut otiosum esse præpositionem, quia simplex αἱροῦμαι poni posset, ut αἱρεῖσθαι μᾶλλον κερδαίνειν, et εἱλόμην μάλιστα: sic, θάνατον ἀντ' αὐτοῦ αἱρετέον ἦν. At in duobus exemplis, quæ prima attuli, locum itidem habere simplex non posset.

Προαιροῦμαι, Constituo, Statuo, Mihi certum est, unde προαίρεσις Propositum, Bud. Exp. etiam, Consulto s. Certa deliberatione et ratione aliquid facio. Demosth. pro Ctes. Πάλιν σκέψασθε τί ἡμῶν ἑκάτερος προείλετο πράττειν. [Vide Reisk. Ind. Demosth.] Idem ibid. Πολλὰ καὶ καλὰ καὶ μεγάλα ἡ πόλις Αἰσχίνη καὶ προείλετο καὶ κατώρθωσε δι' ἐμοῦ. Idem ibid. Ὅτι πάντα τὰ τοιαῦτα προῃρούμην πολιτεύματα ἀφ' ὧν, etc. E qq. ll. colligimus duplicem hujus verbi constr., videlicet προαιροῦμαι πράττειν τοῦτο et προαιροῦμαι τοῦτο. Commode autem προειλόμην πράττειν τοῦτο existimo posse reddi Mihi proposui hoc facere, ut dixit Ovid. Hæc sibi proposuit thalamos violare pudicos. Sed et Proposui hoc facere, non addito illo pronomine, non puto exemplo carere. Fortasse προῃρημένος με ὑβρίζειν commode etiam interpretabimur Propositum ei fuisse injuriam mihi inferre. At προαιροῦμαι τοῦτο, non seq. infin., In animum induxi hoc facere, vel dicere. Sed et In animo habeo, vel, In animo mihi est hoc facere, vel, In animum induco, aut induxi, hoc facere aut dicere, respondere videtur τῷ προαιροῦμαι. Sunt qui προῃρούμην τὰ τοιαῦτα πολιτεύματα in illo Demosth. loco vertant Susceperim; sed inter προαιρεῖσθαι et Suscipere longum esse intervallum puto. Multa enim possumus προαιρεῖσθαι diu antequam suscipiamus, atque adeo quæ nunquam suscepturi simus. Apud Aristot. autem προαιρεῖσθαι philosophice positum verterunt olim Eligere, et προαίρεσις Electio. Apud quem Ethic. 3, 2. et deinceps sæpe occurrit h. v. προαιροῦμαι, sicut et verbale προαίρεσις, ut cum scribit, Καὶ ὁ ἀκρατὴς, ἐπιθυμῶν μὲν πράττει, προαιρούμενος δὲ οὔ· ὁ ἐγκρατὴς δ' ἀνάπαλιν, προαιρούμενος μὲν, ἐπιθυμῶν δ' οὔ. Ubi novissima interpretatio hujus operis sic habet, Præterea incontinens a cupiditate impulsus agit, non consilio capto: continens contra, consilio capto, non cupiditate impulsus agit. Et cum accus. ibid., Προαιρεῖται δὲ τὰ τοιαῦτα οὐδεὶς, ἀλλ' ὅσα οἴεται ἂν γενέσθαι δι' αὐτοῦ· ἔτι δὲ ἡ μὲν βούλησις, τοῦ τέλους ἐστὶ μᾶλλον, ἡ δὲ προαίρεσις, τῶν πρὸς τὸ τέλος, οἷον, ὑγιαίνειν βουλόμεθα, προαιρούμεθα δὲ δι' ὧν ὑγιανοῦμεν, ex eadem interpr.:—Præterea voluntas, est ultimi ac finis, consilium autem, eorum quæ ad finem pertinent: verbi gratia, bene valere volumus, consilium autem capimus eas res adhibere, quibus bene valeamus. Item quæ proxime ibi præcedunt, Προαίρεσις μὲν γὰρ οὐκ ἔστι τῶν ἀδυνάτων· καὶ εἴ τις φαίη προαιρεῖσθαι, δοκοίη ἂν ἠλίθιος εἶναι, Consilium enim non est eorum, quæ fieri non possunt; et si quis dicat se talium rerum agendarum consilium cepisse, stultus esse videatur. Item c. 5. Οἱ γὰρ βασιλεῖς ἃ προέλοιντο ἀνήγγελλον τῷ δήμῳ, Nam quibus de rebus reges consilium ceperant, eas populo renuntiabant. Idem Aristot. 5, 8. Τῶν δὲ ἑκουσίων τὰ μὲν προελόμενοι πράττομεν, τὰ δ' οὐ προελόμενοι· προελόμενοι μὲν, ὅσα προβουλευσάμενοι, ἀπροαίρετα δὲ, ὅσα ἀπροβούλευτα. Eorum autem, quæ sponte aguntur, alia consilio capto agimus; alia consilio non capto. Consilio capto agimus quæ re deliberata; non capto consilio, quæ re non deliberata agimus. Quos locos colligendos putavi, ut ex iis conaretur lector veram hujus verbi signif. elicere; sed ejus etymologiam præterea ex eod. Aristot. afferam in Προαίρεσις, quæ ad eam eliciendam adjumento esse poterit: simul autem et quo modo alii interpretentur, docebo.

["Προαιρέω, Ad Charit. 645. Coray Theophr. 310. Brunck. Aristoph. 1, 104.: Kuster. 219. b. Heindorf. ad Plat. Lys. p. 13. ad Xenoph. Mem. 3, 9, 5. Προαιρεῖσθαι, Mœris 306. et n. Valck. Diatr. 274. Πρ. ἀντί τινος, Valck. ad Xenoph. Mem. 247. Kœn. ad Greg. Cor. 277. ad Herod. 562. 575. Cum infin., ad Phalar. 245. Plato Theæt. 300. ad Diod. S. 1, 705. Dionys. H. 2, 1044. (1043. sq.) Πρ. et αἱρεῖσθαι conf., ad Dionys. H. 1, 2, 4." Schæf. Mss. Greg. Cor. 590. Sturz. de Nonnullis Dion. Cass. Locis, Grimæ 1813. p. 4. Krebs. Decr. Rom. 174. 402. Ocell. Luc. 320. Lex. Polyb. Lex. Xenoph. Schleusner. Lex. in N. T. Biel. Thes. "Promo, Depromo. Theophr. Char. c. 4. de Rusticitate: Καὶ προαιρῶν δέ τι ἐκ τοῦ ταμείου, δεινῶς φαγεῖν. (Vide Casaub.) Sic Aristoph. Thesm. 419." Seager. Mss. Vide et Ἐξαιρεῖσθαι. "Consulto facio, Wetsten. N. T. 2, 200. Lucian. 1, 5. οἷς προῃρούμην, Quibus vellem. Hermog. 501." Valck. Mss. "Depromo, Thuc. 8, 90." Wakef. Mss. Glossæ:—Προαιροῦμαι· Propono, Præopto. Προειλόμην· Prætuli. Προῄρηται· Destinavit.] "Προείλετο, Maluit et elegit præ."

Προαίρεσις, ἡ, Propositum, Studium, Institutum, Voluntas. Demosth. pro Cor. Καὶ τὸ μηδένα μέμφεσθαι τὴν πόλιν, μηδὲ τὴν προαίρεσιν αὐτῆς, ἀλλὰ τὴν τύχην κακίζειν. Ubi observa προαίρεσιν et τύχην opponi, eodem modo, quo ab Aristot. Pol. 7. Τὸ δὲ σπουδαίαν εἶναι τὴν πόλιν, οὐκέτι τύχης ἔργον, ἀλλ' ἐπιστήμης καὶ προαιρέσεως. Rursus Dem. ibid. Ἡ μὲν ἐμὴ πολιτεία καὶ προαίρεσις. Ut autem hic πολιτείαν καὶ προαίρεσιν, ita προαιρέσεις τῆς πολιτείας in alio ejusdem orationis loco dixit. Isocr. quoque προαιρέσεις plurali num. dixit, ad Demonicum, Τὰς τοῦ πατρὸς προαιρέσεις ἀναμνησθεὶς, Patris instituta

vel studia. Synes. Epist. 103. Εἰ *μὴ καὶ βίοι τινὲς ὑποβληθεῖεν ἀρκοῦντες ταῖς προαιρέσεσιν.* Idem *ἀγωγὴν* et *προαίρεσιν* conjunxit Epist. 96. Alex. Aphrod. *Προαίρεσιν Σωκράτους τὴν κατὰ τὸν βίον*, Institutum vitæ, vel institutam ab eo vitam. Sic Herodian. 5. in *Τοῦ τε βίου μου τὴν ἐξ ἀρχῆς προαίρεσιν*, Polit. interpr., Quodnam fuerit meum jam inde a principio vitæ institutum. Non minus autem commode per verbum reddi posse existimo, sic, Quomodo jam inde a principio vitam instituerim. *Προαίρεσις* interdum etiam vertitur Voluntas, ut in hoc Cic. loco in Philipp. Ut siquid mihi humanitus accidisset, hanc vocem testem relinquerem egregiæ voluntatis, Bud. egregiam voluntatem esse dicit *τὴν ἀξιέπαινον προαίρεσιν.* Synes. *Καὶ χάριν μὲν ἔσχον τῇ προαιρέσει τοῦ συστήσαντος*, Voluntati commendatoris, vel Studio et voluntati. Hinc fit, ut *ἐκ προαιρέσεως* quidam vertant Voluntarie, quod tamen potius redditur Sponte, vel Consulto, vel Dedita opera, vel De industria, necnon Cogitato, a quibusdam. Quo sensu Demosth. *ἐκ προαιρέσεως ὑβρίζειν* et *ἐκ προνοίας* pro eodem ponit. Apud Eund. Philipp. 2. qui *ἐκ προαιρέσεως* aliquid facit et qui *ἄκων*, inter se opponuntur. Herodian. autem *ἐκ προαιρέσεως* et *δι' ἀνάγκης* contraria facit, 3. *Καὶ εἴ τινες οὐ μόνον ἐκ προαιρέσεως, ἀλλὰ δι' ἀνάγκης προσέθεντο αὐτῷ.* Ubi videri possit legendum potius *δι' ἀνάγκην.* Alibi pro *ἐκ προαιρέσεως* dixit *ἑκουσίως*, ut ap. Demosth., qui *ἄκων* facit, opponitur illi qui *ἐκ προαιρέσεως* facit, pro contrario ponens *ὑπὸ ἀνάγκης*, eod. lib. At vero ap. Aristot. subtilior est hujus vocabuli usus, cum *προαίρεσιν* differre vult *ἀπὸ τοῦ ἑκουσίου.* Quis autem ille sit, dicam in iis, quæ proxime sequuntur.

Προαίρεσις, ap. Aristot. sunt qui verterint non solum Propositum, vel Institutum, Electio, Delectus, sed etiam Consilium, Studium, et Prima animi susceptio: item Intentio. Consilium autem ita acceperunt ut a Cicer. sumitur, cum dicit, de Invent. 2. consilium, esse aliquid faciendi non faciendive excogitatam rationem, vel, ut in quibusdam exempl. legitur, vere excogitatam rationem. Quem usum habere volunt hoc nomen ap. eum ipsum nonnunquam, ut cum scribit in Lucullo, Nec vero satis constituere possum quod sit eorum consilium, aut quid velint. Et de Fin. 5. Nam voluptatis causa facere omnia oportere, cum, etiamsi nihil consequamur, tamen illud ipsum consilium ita faciendi, per se expetendum, et honestum et solum bonum sit, nemo dicit. Sic et ap. Plaut., ut cum scribit in Aulularia, Narravi amicis meis consilium meum de conditione hac. Qui autem *προαίρεσιν* interpretati sunt Intentionem, hunc Quintil. protulerunt locum, 10, 3. Namque illa ipsa, quæ delectant, necesse est avocent ab intentione operis destinati. Quia sequitur, Desinit intueri quod propositum fuerat. Ego exempla itidem aliquot significationis nominis *προαίρεσις* ex Aristot. proferam, deinde quid mihi de ejus interpretatione videatur, dicam. *Πᾶσα τέχνη*, inquit ille exordiens primum Ethic. lib., *καὶ πᾶσα μέθοδος, ὁμοίως δὲ πρᾶξίς τε καὶ προαίρεσις, ἀγαθοῦ τινὸς ἐφίεσθαι δοκεῖ.* Ubi *προαίρεσις* a quibusdam Propositum, a nonnullis Consilium redditur: sunt et qui Studium ac Institutum vertant. Et 3, 2. *Τῶν μὲν γὰρ ἑκουσίου καὶ παῖδες καὶ τὰ ἄλλα ζῶα κοινωνεῖ, προαιρέσεως δ' οὔ· καὶ τὰ ἐξαίφνης, ἑκούσια μὲν λέγομεν, κατὰ προαίρεσιν δ' οὔ.* Et aliquanto post, *Ἥκιστα γὰρ τὰ διὰ θυμὸν, κατὰ προαίρεσιν εἶναι δοκεῖ.* Idem 7. itidem negat bruta habere *προαίρεσιν*: *Οὐ γὰρ ἔχει προαίρεσιν οὐδὲ λογισμὸν, ἀλλ' ἐξέστηκε τῆς φύσεως, ὥσπερ οἱ μαινόμενοι τῶν ἀνθρώπων.* Et 10, 18. *Ζητεῖται δὲ πότερον κυριώτερον τῆς ἀρετῆς, ἡ προαίρεσις, ἢ αἱ πράξεις.* Idem 3, 3. et 6, 2. dicit *προαίρεσιν* esse *ὄρεξιν βουλευτικήν.* Et paulo post, eandem quæstionem persequens, subjungit, *Πράξεως μὲν οὖν ἀρχὴ, προαίρεσις, ὅθεν ἡ κίνησις, ἀλλ' οὐχ οὗ ἕνεκα· προαιρέσεως δὲ, ὄρεξις καὶ λόγος ὁ ἕνεκά τινος.* Quæ exempla ad cognoscendam hujus vocabuli signif. satis esse poterunt: nunc de interpretatione dicendum est. Primum igitur quod attinet ad v. Electio, qua veteres Aristot. interprr. reddiderunt *προαίρεσιν*, verbum *προαιρεῖσθαι* vertentes itidem Eligere, et *προαιρετὸς* Eligibilis, eam plane repudiandam esse judico, licet vir doctiss. P. Victor. ea nobis quoque abutendum esse censeat. Ideo autem repudio, quod *προαίρεσις* non sit Electio, i. e. non sit id, quod per electionem illi vett. interprr. intellexerunt, sed quod ex ipsa electione sequitur. Nam Electio, sicut et Delectus, est ipsa eligendi actio, ut ita loquar: at *προαίρεσις* tum demum animo nostro insidere potest cum jam hoc vel illud elegimus. Est enim *προαίρεσις* ejus, qui e pluribus rebus unam quandam tandem post deliberationem elegit et ceteris prætulit, i. e. *πρὸ ἑτέρων εἵλετο*, sicut Aristot. *προαιρετὸν* dictum esse tradit *ὡς ὂν πρὸ ἑτέρων αἱρετόν.* Quo respiciens in quodam Rhet. loco *προαιρεῖσθαι* et *προκρίνειν* posuisse existimatur. Ad ceteras autem interprr. quod attinet, nullas mihi magis placere fateor ap. Aristot., ubi stricte *προαιρέσεως* vocem accipit, quam vel Propositum, vel Consilium. Sed cum nonnulli ex illis, quibus vocem Consilium suæ interpretationi adhibere libuit, alterum illud v. Propositum rejiciant: ego contra sic mihi placere dico Consilium, ut multo magis placeat Propositum. Quinetiam addo, periphrastice quoque verti posse Propositam sententiam, ex eod. Cicer. Ceterum cur v. Propositum improbent, hanc afferunt rationem, quod cum Aristot. Ethic. 3. *τὴν προαίρεσιν* velit esse non finem, sed eorum quæ ad finem pertinent, Propositum contra vel finis sit, vel de fine dicatur, ut ap. Cic. Epist. 1. Neque mihi in omni vita tam erit res ulla proposita, quam ut quotidie vehementius te de me optime meritum esse lætere. Sic et alibi rem quampiam esse alicui propositam, eodem modo dicit. Et de Fin. 5. dicit habere Propositum quasi finem, ita scribens, Omnium naturam esse conservatricem sui, idque habere propositum quasi finem et extremum, se ut custodiat in quamoptimo sui generis statu. Hos illi et similes afferunt locos: quibus respondeo, alium esse usum nominis substantivi Propositum, ut cum dicor Manere in proposito, et A proposito deterreri non posse, i. e. Propositi tenax esse, ut Ovid. loquitur, qui etiam dixit Utile propositum. Cic. quoque Off. 1. Catonem semper in proposito permansisse, hac signif. dixit, quem alioqui Manere in sententia pro eodem fateor dicere, et quidem frequentius. Sed et Proposita sententia ei sonat i. q. Propositum, ut cum scribit pro Ligario, Quem de suscepta causa propositaque sententia, nulla vis, nullum periculum posset depellere. Quod si objiciant, Proposito etiam et Propositæ sententiæ aliquam finis signif. subesse, ideoque *προαίρεσιν* eo exprimi non posse, eadem certe ratione et v. Consilium rejiciemus. Nam cum dicitur a Cicer., quod etiam exemplum illi tanquam pro se faciens afferunt, Nonne eo consilio ex Italia profectus est ut prohiberet Syria Dolabellam? cum inquam ita loquitur Cicero, nemo neget eum declarare quid illa profectio propositum habuerit tanquam finem.

Æque igitur commode, meo judicio, vertemus ap. Aristot. Ethic. initio, *πᾶσα προαίρεσις*, Propositum omne, ac Consilium omne. Cur autem Propositum malim etiam quam Consilium, in causa est quod talis quædam vis sub præpos. Latina latere videatur in Propositum, nam de substantivo peculiariter hoc dico, qualem habere *πρὸ* in *προαίρεσις*, Aristot. docet, cum idem de *προαίρεσις* et *προαιροῦμαι* intelligendum sit quod de *προαιρετὸν* dicit. Aut enim valde fallor, aut Propositum dicitur quasi Antepositum, ut Pro in aliis quibusdam compositis ita accipi nemo ignorat. Sed poterimusne eadem voce in verbi quoque interpretatione uti, quemadmodum qui *προαίρεσιν* Consilium vertunt, *προαιρεῖσθαι* Consilium capere reddunt? Incommodius quidem *προαιρεῖσθαι* verbo Proponere reddi fateor, addito gerundio et pronomine dativi casus, quam *προαίρεσις* nomine Propositum; sed ita tamen, ut nec alteram interpr. incommoditate carere existimem. Exempli gratia, Aristot. docens *βούλησιν* esse finis, at *προαίρεσιν*, eorum quæ ad finem pertinent, vel quæ ad finem nos veluti ducunt, scribit, *Οἷον, ὑγιαίνειν βουλόμεθα, προαιρούμεθα δὲ δι' ὧν ὑγιανοῦμεν*, quod in postrema

illius operis interpr. sic vertitur, Bene valere volumus, consilium autem capimus eas res adhibere, quibus bene valeamus. Cui interpretationi objici posse videtur, nos προαιρεῖσθαι ea, quæ ad valetudinem conservandam spectant, i. e. πρὸ ἑτέρων αἱρεῖσθαι, convenienter ei, quod jam ceperimus, consilio; et ita προαιρεῖσθαι non esse Consilium de illis capere, sed potius Consilium de illis cepisse; consilium inquam de illis consectandis, s. amplectendis. Vel potius, Consectari ea, s. amplecti, certo consilio. Quæ cum ita sint, nihilo incommodius, imo vero paulo etiam commodius, ita verti posse existimo, Bene valere volumus, ea autem nobis consectanda proponimus, per quæ bene valeamus. Sed pro Consectanda, et in hujus loci et in similium interpretatione, alio uti vocabulo possumus, quod rei, de qua agitur, aptum esse videbitur. Quinetiam nomen Propositum accommodare nos posse ad verbi interpretationem existimo, si hoc aut simili quopiam modo reddamus, Ea certo proposito consectamur, vel ceteris anteferimus, quæ, etc. In illo item cap. 3. loco, Οἱ γὰρ βασιλεῖς ἃ προέλοιντο ἀνήγγελλον τῷ δήμῳ, non video quid obstet quominus vertamus, De proposito suo certiores eos faciebant. Itidem vero c. 2., ubi dicit, τὸν ἐγκρατῆ facere προαιρούμενον, puto participium προαιρούμενον verti posse per nomen, ut sit προαιρούμενον πράττειν, Cum certo proposito facere. Alio præterea modo nomen Propositum interpretationi verbi προαιρεῖσθαι adhibere possumus, ut si ἀποτρέπεσθαι τὸν φιλοσοφεῖν προαιρούμενον interpretemur, A philosophandi proposito aliquem avocare.

Quas tamen ego interpretationes, non ut quæ mihi plane satisfaciant, sed ut quæ minus ceteris displiceant, affero, quippe qui in his quoque quod reprehendi possit animadvertam. Miror certe fuisse, qui προαίρεσις interpretati sint Voluntas, ap. ipsum Aristot. stricte hanc vocem accipientem, et ita quidem ut manifestum discrimen inter προαίρεσις et βούλησις statuat. Illos igitur satis ipse refellit Aristot. Sed et judicium aliud esse quam προαίρεσιν, nec posse ita reddi, manifestissimum est. Nam προαιρεῖσθαι posterius est quam προκρίνειν, cum dicat Aristot. Τὸ γὰρ ἐκ τῆς βουλῆς προκριθὲν, προαιρετόν ἐστι. Loquor autem in tota hac disputatione, de προαίρεσις, quatenus stricte accipitur, cum latius interdum accipiatur, et tum eas etiam interpretationes, quæ supra fuerunt positæ, admittat. Sic cum Aristot. significationem προαιρέσεως arcte sumens, eam ἀπὸ τοῦ ἑκουσίου distinguat Ethic. 3, 2. vidimus contra ἐκ προαιρέσεως et ἑκουσίως confundi, latius significationem ejus extendendo. Quin et ipsemet Aristot. cum in fine ejusdem cap. dicat, Ἡ γὰρ προαίρεσις μετὰ λόγου καὶ διανοίας, itidemque 6, 1. scribat, Διὸ οὔτ' ἄνευ νοῦ καὶ διανοίας, οὔτ' ἄνευ ἠθικῆς ἐστιν ἕξεως ἡ προαίρεσις, in Rhet. tamen ἀπὸ διανοίας et ἀπὸ προαιρέσεως diversa facit, ita scribens l. 3. Καὶ μὴ ὡς ἀπὸ διανοίας λέγειν, ὥσπερ οἱ νῦν, ἀλλ' ὡς ἀπὸ προαιρέσεως. Sed nec προαίρεσιν sonare πρόνοιαν dicemus in illis Aristot. locis, quos protulimus, aut in similibus, quamvis ἐκ προαιρέσεως et ἐκ προνοίας eodem sensu alibi poni dixerimus, et tamen προαίρεσιν et πρόνοιαν de una eademque re dixisse illum comperio. Nam pro eo, quod 3, 2. dicit, Ἥκιστα γὰρ τὰ διὰ θυμὸν, κατὰ προαίρεσιν εἶναι δοκεῖ, scribit 5, 8. Διὸ καλῶς τὰ ἐκ θυμοῦ οὐκ ἐκ προνοίας κρίνεται. Sic etiam, cum προαίρεσιν neget esse finem, ut paulo ante docui, sed de iis dici velit, quæ ad finem pertinent, de eadem re tamen σκοπὸν et προαίρεσιν ap. eum habemus. Nam cum 6, 12. scripsisset, Ἡ μὲν γὰρ ἀρετὴ τὸν σκοπὸν ποιεῖ ὀρθὸν, ἡ δὲ φρόνησις τὰ πρὸς τοῦτον, idem repetens paulo post, ita locutus est, Τὴν μὲν οὖν προαίρεσιν, ὀρθὴν ποιεῖ ἡ ἀρετή· τὸ δ' ὅσα ἐκείνης ἕνεκα πέφυκε πράττεσθαι, οὐκ ἔστι τῆς ἀρετῆς, ἀλλ' ἑτέρας δυνάμεως. Quos ego locos profero, ut diversum hujus vocis usum ostendam, prout ejus signif. vel extenditur, vel contrahitur, unde nemini debere mirum videri dico, si interpretatio, quæ in uno loco repudiabitur, in altero admittatur, quamvis alioqui quæ utrique adhibebitur, eodem pertineat, et diversum duntaxat, ut ita loquar, respectum habeat.

[" Προαίρεσις, Valck. Hippol. p. 174. T. H. ad Lucian. 1, 217. 220. Bergler. ad Alciphr. 178. Dorv. ad Char. 306. Tyrwh. ad Aristot. 145. Wessel. ad Diod. S. 1. p. 6. 154. Κατὰ προαίρεσιν, Boissonad. in Philostr. 572." Schæf. Mss. " Demosth. 788. Ἃ ἂν καταράσαιτο αὐτῷ, ταῦτ' ἐκ προαιρέσεως ποιεῖ. Προαίρεσιν ad virtutem requiri, emend. Pyth. p. 3. et 11. Κατὰ ἄγνοιαν et κατὰ προαίρεσιν opponi, Raphel. 2. p. 30. Vir τῇ πρ. σπουδαῖος, ap. Athen. 363. Τὴν πρ., Meam loquendi consuetudinem, Athen. 383. Quid προαίρεσις, Spanh. ad Julian. p. 28." Valck. Mss. Biel. Thes. Krebs. Decr. Rom. 174. 402. Ind. in Epictet. Lex. Polyb. " Προαίρεσις, Preelection, i. e. Deliberate choice." Th. Taylor. Expl. of certain Terms, used by Aristotle and his Commentators. Glossæ:—Προαιρέσει· Sponte. Προαιρέσεις· Ingenia. Προαίρεσις· Voluntas, Propositum. Τῇ ἰδίᾳ προαιρέσει· Ultro, Sponte. Κατὰ προαίρεσιν· Prospere.]

" Προαίρεμα, (τὸ,) Propositum, Institutum, quod " et προαίρεσις, Bud."

" Προαιρετέον, Præ alio capessendum eligendum" que, Præferendum." [Lex. Xenoph. " Valck. ad Xenoph. Mem. 247." Schæf. Mss. " Aristid." Wakef. Mss. " Plato Tim. 3, 54." Scott. App. ad Thes.]

Προαιρετὸς, (ἡ, ὄν,) Spontis humanæ et arbitrarius, inquit Bud., citans ex Aristot. Metaph. 5. Τῶν δὲ πρακτῶν ἐν τῷ πράττοντι ἡ προαίρεσις· τὸ αὐτὸ γὰρ τὸ πρακτὸν καὶ προαιρετόν. Idem Aristot. Ethic. 3, 2. Τὸ δ' ἑκούσιον, οὐ πᾶν προαιρετὸν, ἀλλ' ἆρα γε τὸ προβεβουλευμένον. Et c. 3. Βουλευτὸν δὲ καὶ προαιρετὸν, τὸ αὐτό· πλὴν ἀφωρισμένον ἤδη τὸ προαιρετόν· τὸ γὰρ ἐκ τῆς βουλῆς προκριθὲν, προαιρετόν ἐστι, ubi προαιρετὸν vett. interprr. reddiderunt Eligibile: ex illis autem, qui illis posteriores fuerunt, alii verterunt Eligendum s. Deligendum, alii, Quod sub delectum cadit, alii, Id de quo consilium captum est: ego ut προαίρεσις commodius reddi existimo voce Propositum quam alia ulla, sic προαιρετὸν non dubitarim interpretari Id de quo est nostrum propositum, Vel, Id de quo amplectendo proposita est animo sententia, vel, Id ad quod certo proposito ferimur. Vel, Id quod ceteris posthabitis amplectendum nobis proponimus, sequendo etymon quod habetur, Ethic. 3, 2. Ὑποσημαίνειν δ' ἔοικε καὶ τοὔνομα, ὡς ὂν πρὸ ἑτέρων αἱρετόν. [Plato 11, 289. " Wakef. S. C. 4, 9." Schæf. Mss. Zonar. 1584.]

Προαιρετικὸς, (ἡ, ὄν,) Propositum habens ad aliquid propensum, Vel, Qui certo animi proposito cupidus est alicujus rei, s. ad rem aliquam fertur. Cum gen. ap. Aristot. Ethic. 5. Ὁ γὰρ τῶν τοιούτων προαιρετικὸς καὶ πρακτικὸς, καὶ ὁ μὴ ἀκριβοδίκαιος ἐπὶ τὸ χεῖρον, ἀλλ' ἐλαττωτικὸς, καίπερ ἔχων τὸν νόμον βοηθὸν, ἐπιεικής ἐστι. Ubi προαιρετικὸς quidam olim barbare interpretati sunt Voluntativus. E novissimis autem interpretationibus quædam habent. Qui enim talibus eligendis atque agendis idoneus sit: aliæ, Qui consilium hujusmodi cepit, ut hæc sequatur, ad eaque ipsa agenda aptus est. Bud. autem Comm. 668., ubi dixit προαιρετικὸς ἀνὴρ esse Qui cupide et libenter et propense aliquid facit, hunc ipsum Aristot. locum in exemplum affert. Legitur ap. eund. Aristot. Pol. 2. Προαιρετικὸς τοῦ πλεονεκτεῖν, ἢ χρημάτων, ἢ τιμῆς, cui etiam loco convenire meam interpr. arbitror, quam primam posui. ‖ Προαιρετικὸς absolute positum, i. e. sine casu, ut προαιρετικαὶ φύσεις, Quæ libero arbitrio divinitus præditæ sunt, inquit Bud. A quo προαιρετικὸς exp. etiam ὁ αὐτοκέλευστος, Sponte faciens. Ab Eodem ap. Philon. de Mundo προαιρετικαὶ ἐνέργειαι exp. Actiones a proposito proprio manantes, quæ interpretatio ad meam illam accedit. In VV. LL. ex Aristot. citatur προαιρετικὴ ἕξις, pro Electivus habitus: et e Galeno προαιρετικαὶ κινήσεις, pro Voluntarii motus s. Arbitrarii.

Προαιρετικὰ ῥήματα, ap. Grammat. quæ προαιρέσεως signif. inclusam habent, accipiendo προαίρεσιν generaliter pro Voluntate vel hoc vel illo modo propensa, ut θέλω, βούλομαι, ποθῶ, atque adeo ipsum v.

προαιροῦμαι, a quo nomen hoc derivatum est.

[" Προαιρετικὸς, Casaub. Athen. 1, 44. Προαιρετικὸν ῥῆμα, Fischer. ad Weller. 3, 5, 9. Steph. Dial. 47." Schæf. Mss. Gloss. SS. Hes. 153. Eunap. 138. Hierocles 110. 124. HSt. Lex. Med. 540. 546. 560. Theoph. Nonn. 38. " Eust. in Il. A. p. 50, 4. 83, 84." Scott. App. ad Thes. Jambl. Adhort. p. 26.]

[* Προαιρετικῶς, Sponte, Volenti animo. " Clem. Alex." Wakef. Mss. Suid. Zonar. et Phav. v. Εὐκαρδίως.]

Ἀπροαίρετος, ὁ, ἡ, Involuntarius, ut quidam exponunt. Dicitur ἀπροαίρετον, quod non fit e certo proposito, et consulto. Aristot. Ethic. 5, 8. Προελόμενοι μὲν ὅσα προβουλευσάμενοι, ἀπροαίρετα δὲ ὅσα ἀπροβούλευτα, ubi quidam ἀπροαίρετα vertunt Quæ aguntur non capto consilio, sequendo illam προαιρέσεως et προαιρετοῦ interpr., de qua dictum est. In VV. LL. citatur e Diosc. 6, 32. ἀπροαίρετος ἔκκρισις σπέρματος, pro Invita seminis profusio, Sua sponte manans seminis fluxus. Sed contra dicendum fuit, Non sua sponte manans. [Gregor. Cor. 135. Ind. in Epictet. Marinus 17=50. cum Boissonadii nota. " Jambl. M. Anton. Max. Tyr. 5, 2." Wakef. Mss.]

Ἀπροαιρέτως, Involuntarie, Non sponte, Non consulto, Non de industria, Bud. [" Aristot. de Mor. 2, 4. Hippocr. Prænot. p. 37." Scott. App. ad Thes. " Hesych. Diog. L. 2, 88. M. Anton." Wakef. Mss. " Diog. L. in V. Aristippi 80. HSt." Seager. Mss. Oribas. 121. bis.]

[* Ἀπροαιρεσία, ἡ, Temeritas, Inconsiderantia. Hippocr. 2, 923=1283. Lobeck. ad Phrynich. Ecl.]

[* Ἀπροαιρετικὸς, Arrian. Epict. 2, 1." Kall. Mss.]

Αὐτοπροαίρετος, ὁ, ἡ, sicut et αὐτοκέλευστος et ἐθελουργὸς ap. Philon. de Mundo, Libero arbitrio agens, Bud. ET Αὐτοπροαιρέτως, Suo ipsius arbitratu, vel Sua sponte, Bud. [Αὐτοπροαίρετος, Suicer. Thes. Addend. 1616. Schæf. Soph. 2, 306. Glossæ: Αὐτοπροαίρετος· Ultroneus, Voluntarius. " Hierocles (114, 262.) Schol. Oppian. H. 1, 193. Hesych. Αὐτοπροαιρέτως, Simplic." Wakef. Mss.]

[* Εὐπροαίρετος, ὁ, ἡ, Promtus, Gl. Suicer. Thes. Clem. Alex. 856. Artemid. 2, 37. ubi v. Reiff. Vales. ad Excerpta 480. " Qui quod rectum et laudabile est, ad agendum sibi proponit. Οὐ χρημάτων χρῄζει ὁ Θεὸς, ἀλλ' εἰλικρινοῦς καὶ εὐπροαιρέτου καρδίας, Chrys. Hom. 108. T. 5. p. 703." Seager. Mss.]

[* Ἀντιπροαιρέω, UNDE * " Ἀντιπροαίρεσις, (ἡ,) Aristot. Eudem. 8, 2. et sæpius." Kall. Mss.]

[* Ἀποπροαιρέω, Promo, Sumo. Od. P. 456. οὔτι μοι ἔτλης Σίτου ἀποπροελὼν δόμεναι.]

Προσαιρέομαι, Allego, Insuper lego, s. Deligo. Προσαιροῦμαι, inquit Bud. Allego, i. e. Ad numerum antiquum addo, et mihi coopto. Plut. Camillo, Ἵππαρχον αὐτῷ προσελόμενος Κορνήλιον. Προσαιρεῖσθαι etiam dicitur, addit idem Bud., cum vir virum legit. Xenopho K. Π. 1. Οὕτω δὴ δεξαμένου τοῦ Κύρου, οἱ βουλεύοντες γεραίτεροι αἱροῦνται αὐτὸν ἄρχοντα τῆς εἰς Μήδους στρατείας· ἔδοσαν δ' αὐτῷ διακοσίους τῶν ὁμοτίμων προσελέσθαι. Ut autem in illo Plut. loco, quem affert Bud., habetur αὐτῷ προσελόμενος, sic et ap. Demosth. κατὰ Νεαίρας legimus αὑτοῖς προσαιροῦνται, ubi scribit, (1360.) Κοινὸν δὲ αὑτοῖς προσαιροῦνται Διογείτονα. Sed et in illo Xenoph. loco subaudire possumus itidem pronomen, ut non videatur distinguenda fuisse signif., quam habet προσαιροῦμαι ap. Plut., ab ea, quam habet ap. Xenoph. Puto tamen, ut aliquis dicitur προσελέσθαι ἑαυτῷ τινὰ, ita etiam dici posse προσελέσθαι ἄλλῳ, ut sit προσαιροῦμαι ἐμαυτῷ τοῦτον, vel προσαιροῦμαί σοι τοῦτον. Convenit porro cum illo Plut. loco hic ejusdem in Publicola, Προσείλετο αὐτῷ συνάρχοντα, Allegit sibi collegam. [" Ad Dionys. H. 2, 1129. Xenopho K. Π. 86." Schæf. Mss. Lex. Xenoph. Glossæ: Προσαιρεῖται· Asciscit. Ind. in Cass. Dion.]

Συναιρέω, Simul everto, Simul profligo, quasi συναγαγὼν ἀφανίζω, ut e quopiam Grammatico in VV. LL. habetur, quem, quicunque fuerit, ad hunc Thuc. locum, aut similem quempiam respexisse puto, 2. Σῶμά τε αὔταρκες ὂν οὐδὲν διεφάνη πρὸς αὐτὸ ἰσχύος πέρι ἢ ἀσθενείας, ἀλλὰ πάντα ξυνῄρει, καὶ τὰ πάσῃ διαίτῃ θεραπευόμενα, Sed omnia simul profligabat, vel, Sed omnia pariter conficiebat, etiam quæ omni victus ratione curabantur, ut ego in mea Ed. h. l. verti, totum a Valla pessime et intellectum et Latine redditum. Sic usus est et passiva voce, 8. p. 271. Τὰ τῶν Ἀθηναίων ταχὺ συναιρεθήσεσθαι, Simul universa eversum iri. Nisi quis otiosam esse hic velit præpositionem.

Συναιρέω, Contraho in unum. Item, Simul complector, quasi contrahendo. Od. Υ. 95. Χλαῖναν μὲν συνελὼν καὶ κώεα τοῖσιν ἐνεῦδεν, ubi Eust. exp. συνάξας et συνειλήσας, Cum contraxisset et convolvisset. Qui tamen Lat. interpr. sunt, reddiderunt Corripiens, Idem Eust. affert et hunc versum ex Il. Π. 740. Ἀμφοτέρας δ' ὀφρῦς σύνελεν λίθος, οὐδέ οἱ ἔσχεν Ὀστέον, ubi σύνελεν itidem positum esse ait pro συνήγαγεν. Quod ita videtur intellexisse, ut Hom. dicat supercilia coiisse, utpote disrupto osse quod interstitium constituebat. Brevium tamen Scholiorum auctor exp. συνέτριψε, quem vulgo sequuntur exponentes Confregit. Utrobique autem Eust. admonet hinc esse dicta a Grammaticis τὰ συνῃρημένα, et συναίρεσις. In illo certe Hom. loco, sequendo Eust. expositionem, σύνελεν esse crediderim interpretandum Commisit, ut cum dicit Celsus oras alicujus plagæ committere suturis. Huc referendum συναιρεῖν de sermone dictum, ut Thuc. Πολλὰ ἄν τις ἔχων εἰπεῖν, ξυνελὼν μάλιστα ἂν δηλώσειεν, Contrahens in pauca, Complexus paucis. Idem 3. Ἐν δὲ ξυνελὼν λέγω, πειθόμενοι μὲν ἐμοὶ κ. τ. λ. ubi sunt qui ἓν cum ξυνελὼν jungunt, sed male, ut ex aliis locis apparet. Sic 6. Ξυνελόντες τε λέγομεν οἱ Συρακούσιοι. Gregor. Συνελὼν δὲ φαίην ἂν οὐκ ἀπεικότως. Quod et per accus. et per dat. etiam dicitur. Gregor. in Jul. 1. Καὶ συνελόντα φάναι, τίνι τοιούτων κ. τ. λ. Sic συνελόντι δὲ εἰπεῖν, et συνελόντι δὲ φάναι. Interdum autem additur ὡς, ut ap. Xenoph. Ὡς δὲ συνελόντι εἰπεῖν. Nonnunquam vero brevitatis gratia omittitur infin., ut ap. Isæum, Συνελόντι δὲ, πολὺ τὸ διαφέρον κατὰ γένος κ. τ. λ. Interdum et nomin. per se ponitur, ut ap. Gregor. Συνελὼν ὅσον συνδέχεται, Breviter colligens, Dicens quam brevissime fieri potest, ut Bud. interpr. Pro eodem dicitur ἑνὶ δὲ λόγῳ εἰπεῖν, vel potius ἑνὶ δὲ λόγῳ, sine verbo. Latini dicunt, Ut uno verbo absolvam, Ut semel dicam, vel Ut semel omnia dicam, Ut semel finiam, Ut paucis complectar.

Συναιροῦμαι, Sto suspensus, Pendeo animi, Contrahor. Ita in VV. LL., ubi e Phalar. affertur, Συναιρούμενος ᾐσθέσθη θανάτου προθεσμίᾳ, ubi ᾐσθέσθη suspectum est, et e Plut. in Numa, Συναιρούμενοι τῷ μέλλοντι. Crediderim autem esse potius exponendum hic συναιρεῖσθαι verbo Contrahi, sed metaphorice sumto, ut cum Cicero dicit Contrahi incommodis amici. ‖ Συναιρεῖσθαι autem quid sit Grammaticis, vide Συναίρεσις.

Συναιρεῖσθαι, alia etiam signif. ponitur ab Aristot. Rhet. 1. Ὁ δ' ἐκκλησιαστὴς καὶ δικαστὴς ἤδη περὶ παρόντων καὶ ἀφωρισμένων κρίνουσι, πρὸς οὓς καὶ τὸ φιλεῖν ἤδη καὶ τὸ μισεῖν καὶ τὸ ἴδιον συμφέρον συνήρηται πολλάκις, ubi Victor. συνήρηται interpr. Simul aptum connexumque est, ut πρὸς οὓς, sit σὺν τῇ κρίσει ὧν, quam expositionem verbi συναιρεῖσθαι, et ut novam et ut violentam, suspectam habeo; lectoremque moneo, ut consideret annon, quemadmodum συναιρῶ respondet interdum Latino Contraho, sumto in propria signif., sic et συναιρεῖσθαι hic respondere illi metaphoricam signif. habenti possit, i. e. sicut Contrahi amicitia et odium dicitur, ita hic τὸ φιλεῖν καὶ τὸ μισεῖν συνήρηται dictum sit, ut sit κρίνουσι πρὸς ἐκείνους πρὸς οὓς καὶ τὸ φιλεῖν, Apud illos, quibuscum vel amicitia contracta est vel odium. Sed quod sequitur, καὶ τὸ ἴδιον συμφέρον, non æque commodam interpretationem admittere fateor, nisi et hic συνήρηται τὸ συμφέρον dici quis putet, ut a Latinis interdum Contrahere damnum. Alioqui et hoc ipsum v. συνήρηται non immerito fortasse alicui suspectum fuerit.

[" Συναιρέω, Heyn. Hom. 7, 261. Phalar. 284. ad Charit. 567. Diod. S. 2, 444. Wakef. Trach. 884. Diod.

S. 2, 251. D. R. ad Longin. 265. Ὡς συνελόντι εἰπεῖν, Fac. ad Paus. 1, 412. Συνελὼν λέγε, Mœris 62. Συνελόντι εἰπεῖν, Valck. Phœn. p. 706. Plut. Mor. 1. p. 16. 31. Συνελὼν ἐν βραχεῖ, Phalar. 350. Ἵνα δὲ συνελὼν εἴπω, Dionys. H. 5, 169. Συνέλωμεν, Dionys. H. 5, 400. Συναιρεῖν πόλιν, Plutarch. 3, 107. Cor.: πόλεμον, 3, 105. 4, 136.: Intelligere, 3, 117.: τὸ μεταξὺ διάστημα, 3, 104. 150. 237. cf. 4, 13. Schneider. ad Epicur. 107. Συναιρέω, Grammat. Stephan. Dial. 18. Fischer. ad Weller. 1, 121. Stephan. 1, 1, 62." Schæf. Mss. "Acquiro, Thuc. 2, 47. Conjungo, Plut. 3, 20. "Paucis dico ap. Athen. 611. Soph. Trach. 899. ξυνεῖλε pro ἀνεῖλε, Interfecit." Valck. Mss. Lex. Xenoph. Lex. Polyb.]

[* Συνῃρημένως, Contracte, Per contractionem. Eust. 46, 10. Ammon. 63.]

[* Συναίρεμα, τὸ, Contractio, vox Grammat. Eust. in Od. A. p. 21. p. 1447, 52. "* Συναίρημα, Conversatio, Hesych." Wakef. Mss.]

Συναίρεσις, (ἡ,) Contractio, Complexio. E Greg. Naz. citatur συναίρεσις εἰς ἀριθμὸν, pro Complexus numeri. ‖ Συναίρεσις, ap. Gr. Grammat. Figuræ nomen, cum duæ vocales in diphthongum contrahuntur, ut cum ex ἀληθέϊ fit ἀληθεῖ, e Δημοσθένεϊ fit Δημοσθένει: sic e πλόος fit πλοῦς. Συναίρεσις, inquit Eust., δι' ἧς αἱ λέξεις ἐκ πλατυτέρων καὶ ἀναπεπταμένων συνάγονται εἰς βραχύτερον. Quintil. 1, 5. in Europaï διαίρεσιν esse dicit, quæ contrarium vitium sit ei, quod συναίρεσις et συναλοιφὴ vocetur, ut Phæthon, hoc in versu, Cum te flagranti dejectum fulmine Phæthon. Ab iisdem Grammat. Gr. συναιρεῖσθαι dicitur vox, in qua fit hujusmodi συναίρεσις. Animadvertendum est autem συναίρεσιν pro Contractione opponi τῇ διαιρέσει, ut συναιρῶ pro Contraho, opponitur τῷ διαιρῶ: ita quidem ut præpositiones in his res contrarias declarent. [Gregor. Cor. 605. 678. 679.: quo compendio scribatur, 837.: συναίρεσις et * συναίρετος conf., 837. Ernest. Lex. Technol. Gr. Rhet. 11. 76. "Συναίρεσις frugum, ap. Athen. 489. alias συγκομιδὴ, Casaub." Valck. Mss. "Stephan. Dial. 17. 59. 62." Schæf. Mss. "Longin. 10." Wakef. Mss.] Hinc Ἀσυναιρέτως, q. d. Incontracte, pro Absque contractione, Eust. 16. [* "Ἀσυναίρετος, Eust. 50, 36." Seager. Mss. Etym. M. 269.]

[* Συναιρέτης, Adjutor, pro quo Lex. Hederic. exhibet perperam * συναίρετος. Cf. Schneider. Lex.]

[* Προσσυναιρέομαι. Draco 157. Διαίρεσις μὲν οὖν ἐστὶν ἡ τοῦ * προσσυνῃρημένου ἀνάπτυξις, οἷον παῖς πάϊς, Πηλεῖ Πηλέϊ. Pro edito προσυν. Spitzner. Obss. in Quint. Smyrn. 257. tacite correxit προσσυν.]

[* Ὑπεραιρέω. "In Mechan. vett. 69. Συνθεὶς καὶ συναιρήσας erratum est pro * συναιωρήσας, unde mihi in mentem venit Blancardi error, qui Arrian. Tact. p. 33. ὑπεραιρήσας pro ὑπερεωρήσας scr. putabat." Lobeck. ad Phrynichi Ecl.]

Ὑφαιρέω, Subtraho, ὑφέλκω, ut Il. B. (154.) ὑπὸ δ' ᾕρεον ἕρματα νηῶν. Apud Thuc. pro Subduco, 3. Καὶ Ἀθηναίους ῥᾷον καθαιρήσετε, ὑφαιροῦντες αὐτῶν τοὺς ξυμμάχους. Et ὑφαιροῦμαι pro eodem, ut ap. Plut. Camillo, Τὰς μὲν ἄλλας ὑφελέσθαι τὰ ἐγχειρίδια τῶν πολεμίων, hic ὑφελέσθαι exp. Subduxisse. Sic ap. Eund. Themistocle, Ὑφῃρημένος τὸ ὕδωρ καὶ παροχετεύσας. ‖ Item Subripio, Suffuror, ap. posteros Homeri, ut Eust. annotat p. 194.; sed tamen et ap. ipsum Hom. ὑφαιρούμενοι ait significare posse ὑποκλέπτοντες, Il. Π. 353. ubi de lupis dicitur, ὑπ' ἐκ μήλων αἱρεύμενοι. Altera autem expositio est, τὰ ἐξαίρετα διαρπάζοντες, videlicet ἐκ φυσικῆς διαγνώσεως. Sed hæc alteri affinis est. Aristoph. Vesp. (556.) Οἴκτειρόν μ', ὦ πάτερ, αἰτοῦμαί σ', εἰ κ' αὐτὸς πώποθ' ὑφείλου. Apud Eund. ὑφελοίατο pro ὑφέλοιντο, Nub. (1199.) Aristot. de Anim. 9. Ὑφαιρεῖται τοῦ κόρακος ὁ ἰκτῖνος ὅ, τι ἂν ἔχῃ, Suffuratur corvo, vel, Eripit corvo, Aufert corvo. ["Simmias Ovo, Brunck. Aristoph. 1, 127. T. H. ad Plutum p. 228. Longus 131. Vill. Fac. ad Pausan, 3, 220. Heyn. Hom. 4, 632. 5, 160. 429. Toup. Opusc. 1, 575. Valck. ad Xenoph. Mem. 240. Valck. ad Phalar. p. xiv.: Lennep. 79. Valck. et Wessel. ad Herod. 580. 229. ad Lucian. 1, 221. Act. et med., Brunck. Plut. 1140.: Aristoph. 1, 287. 2, 50. 3, 76." Schæf. Mss. Biel. Thes. Lex. Polyb. "Ὑφαιροῦμαι, Supputo, Theoph. ad Autol. 3, 19. p. 344." Routh. Mss. "Thuc. 32. Τῆς πρότερον ὑποψίας ὑφελεῖν μᾶλλον. Æsch. 25. Ὡς εὖ τὸ πρᾶγμ' ὑφείλετο τῶν δικαστῶν." Valck. Mss. "Ἀπὸ δὲ εἰσπραττομένων ὑφαιροῦνται, Demosth. κ. Ἀνδροτ. 381. Ed. Hervag. Bas. 8." Seager. Mss. "Celo, Eurip. El. 272." Wakef. Mss. Glossæ: — Ὑφαιρεῖ· Demit. Ὕφελε· Deme. Ὑφαιροῦμαι· Demo, Detraho, Aufero, Intercipio, Sublego. Ὑφαιρεῖται· Intercipit, Subripit. Ὑφαιρεθέντων· Deductis.]

Ὑφαίρεσις, (ἡ,) Subtractio, Subductio. Item, Deminutio, Privatio, Hesych. [Lex. Polyb. "Fischer. ad Weller. 1, 168. Heyn. Hom. 8, 502." Schæf. Mss. Glossæ: Ὑφαίρεσις· Detractio, Demtio.]

Ὑφαιρέτρια, ἡ, Obstetrix, μαῖα, Hes., ut sit Quæ fœtum subtrahit ex utero, aut subducit.

Ὑφειλήτης, secundum quosdam vet. Gramm., ab ὑφελεῖν, deinde ablato υ e principio, et ε e diphthongo, φιλήτης, Eust. 194. Vide Φιλήτης in φηλῶ. [Vide nostra in Lex. Voc. peregr.]

[* Ἀνθυφαιρέω, Eximo. Cass. Dio 551. Καὶ δηλονότι ἀνθυφῃρέθη αὖθις. Biel. Thes.]

Ἀνθυφαίρεσις, (ἡ,) Subtractio mutua, qua nimirum vicissim alicui aliquid subducimus s. surripimus. Greg. Τίς ἡ τούτων πρόσληψίς τε καὶ ἀνθυφαίρεσις; de die et nocte loquens. Ubi B. quoque ἀνθυφαίρεσιν esse dicit cum quid vicissim subducitur et aufertur. [Biel. Thes. Suid. Hesych.]

[* "Ἐξυφαιρέω, Titus Bostrens. ap. Wolf. Anecd. Gr. 1, 11. (Μὴ μέρη τῶν Εὐαγγελίων ἐξυφελεῖν.)" Kall. Mss. Glossæ: Ἐξυφαιρεῖται· Excipitur.]

[* "Παρυφαιρέομαι, Andr. Cret. 24." Kall. Mss.]

[* Προυφαιρέω, Ante subtraho s. aufero, Præripio. Æschin. 241.]

ΑΙΡΩ, f. ἀρῶ, p. ἦρκα, ex ἀείρω, ut opinor factum, de quo infra, Tollo, i. e. Attollo, Sursum tollo, Eveho, Subveho, ὑψῶ, Thuc. Schol. Il. P. (724.) ὡς εἴδοντο νέκυν αἴροντας Ἀχαιούς. Festus ab αἴρειν, Tollere, dictas Lat. Ærumnas putat. Apud Aristoph. autem Eccl. (264.) χεῖρας αἴρειν exp. Manus attollere, vel potius Porrigere, quod Cic. pro Flacco, Manus porrexerunt dixerit pro χεῖρας ἀνέτειναν, ibi autem Aristoph. χεῖρας αἴρειν pro χεῖρας ἀνατείνειν usurparit. At vero ἐπαίρειν χεῖρα, et δάκτυλον αἴρειν, quidam volunt esse Manum dare, quasi victum se fatendo. ‖ Αἴρω, Augeo, Amplifico. Demosth. c. Mid. (537.) Πρᾶγμα ἐγὼ νῦν αἴρω καὶ φοβερὸν ποιῶ. At Plut. addit ἐπὶ μεῖζον, dicens in Gaio, Ἐπὶ μεῖζον αἴρων τὸ πρᾶγμα. Nonnunquam vero additur dat. λόγῳ, pro Amplificare oratione, Exaggerare dicendo. Hic autem dat. subauditur in illis Demosth. et Plut. ll. ‖ Αἴρειν, Capere, Sumere. Soph. Antig. μύδρους αἴρειν χερὶ, Sumere in manum. Sed Tollere in manus dicitur etiam, ni fallor. Aristoph. Ran. αἶρε πλῆκτρον, Cape plectrum. Nisi quis mavult, Attolle. Sic et in metaphoricis locutionibus, ut αἴρειν θάρσος, ap. Eurip., Sumere fiduciam, Sumere animos, vel Tollere animos, ut Lat. loquuntur. Sumere superbiam dixit Horat. Contra vero αἴρειν δειλίαν, ap. Soph. Ajace, q. d. Sumere timiditatem. Melius, Concipere timiditatem. Quidam exp. Metum in se admittere. Sic ὄγκον αἴρειν ibid., Fastum concipere, vel Fastum attollere. At Αἴρειν λείαν, verterem Prædam reportare: alii tamem Prædam obtinere, reddiderunt. Vide Αἴρομαι. ‖ Αἴρειν in proxime præcedente phrasi exposui Reportare, significat vero et generaliter Afferre, ut Aristoph. Pac. 1. Αἶρ', αἶρε μᾶζαν ὡς τάχιστα κανθάρῳ. Alicubi etiam redditur Admovere, προσφέρειν.

Αἴρω, ut Lat. Tollo, pro Erigo et pro Aufero, De medio tollo, inquit Bud. Ut autem exp. aliquando Admovere, cui tamen expositioni non facile subscribo, sic interdum Removere, ut αἴρειν τράπεζαν, Removere mensam. Vertitur etiam Everto, ut ap. Joannem, Αἰροῦσι τὸν τόπον καὶ τὸ ἔθνος. Sunt tamen et qui hic ἀροῦσι interpr. Corripient; sed ego malim aut Evertent, aut De medio tollent, licet magis conveniat hæc interpretatio huic verbo, cum de homine usurpatur,

ut Luc. 23. Αἶρε τοῦτον, ἀπόλυσον δὲ ἡμῖν τὸν Βαραββᾶν.

Αἴρω, Moveo, i. Solvo, Proficiscor, Abeo, ut ait Bud. Sciendum est autem in hac signif. interdum absolute poni, nonnunquam cum dat. *ναυσὶ*, aliquando cum præpos. *ἐκ* aut *ἀπὸ*, juncta genitivo. Thuc., Καὶ οἱ μὲν ἄραντες τῇ παρασκευῇ ταύτῃ περιέπλεον. Plut. Themistocle, Αἴρειν βουλόμενοι καὶ πλεῖν ἐπὶ τὸν ἰσθμόν. Thuc. Ἄραντες ἐκ τῶν Ἀχαρνῶν. Sic Synes. Ἄραντες ἐκ Φυκοῦντος. Dicitur vero et *αἴρειν τὴν ναῦν*, ut Lat. Solvere navem, et *ἀπὸ τῆς γῆς* aliquando additur, ut ap. Thuc. ‖ Item *αἴρειν*, pro Castra movere, item de quavis profectione terrestri. Plut. Ἅμα τῷ πυθέσθαι τὴν ἀπόστασιν, ἄρας ἐχώρει. Idem in Publicola, Ἄραντες μεγάλῳ στρατῷ. Thuc. Ἄρας ἐπορεύετο ἐπὶ τὴν Μακεδονίαν. Bud. tamen ponit duntaxat Movere, generaliter.

Αἴρομαι, f. *ἀροῦμαι*, p. *ἦρμαι*, in activa signif. Tollo, Erigo, ut *αἴρεσθαι τὰ ἱστία*, pro Erigere vela, Plutarcho. ‖ Item, ut *αἴρω*, Porto, Gesto, vel potius Gestandum tollo, inquit Bud., h. e. *ἀνατίθεμαι, ἐπιφορτίζομαι*. Plut. Antonio, Τὴν δὲ δευτέραν ἤδη μεμετρημένοις φορὰν μέλλουσιν αἴρεσθαι, de frumento loquens, quod portare humeris cogebantur. Hactenus Bud. pro quo videtur facere hic locus Aristoph. (Ran. 32.), *ἀράμενος φέρε*, Fer s. Porta, cum sustuleris in humeros, vel, Sublatum in humeros fer. Existimo enim subaudienda hæc duo vv. *ἐπ' ὤμων*, quæ adduntur nonnunquam, ut ap. Demosth. *ἀράμενοι ἐπὶ τῶν ὤμων*. Qui tamen et ipse *ἀράμενον* simpliciter dicit, ut ad Phil. Epist. Μεῖζον φορτίον ἢ καθ' αὑτὸν ἀράμενον. Possit vero alicui videri non satis generale illud *ἐπ' ὤμων*, quod onera gestentur etiam alia corporis parte, ut capite: subaudiat igitur siquis velit *ἐπὶ τῆς κεφαλῆς*, aut tale quid. Utplurimum certe committuntur humeris onera. Unde et Horat. scripsit, quid ferre recusent, Quid valeant humeri. Propert. tamen dixit, capiti committere pondus. ‖ Nonnunquam tamen *αἴρεσθαι* nihil aliud est quam *φέρειν*, ut ap. Aristoph. Ran. Οὓς οὐκ ἂν ἄραιντ' οὐδ' ἑκατὸν Αἰγύπτιοι, Quos ferre non possint, Quos non tulerint s. portarint vel centum Ægyptii. Sic ap. Eurip. Or. (3.) Ἧς οὐκ ἂν ἄραιτ' ἄχθος ἀνθρώπου φύσις, Cic. interpr., Quod non natura humana patiendo ferat.

Αἴρομαι, Sumo, Capio, Capesso. *Πόνον αἴρεσθαι*, Laborem sumere, quod et Laborem suscipere, exponitur. *Δίκας αἴρεσθαι*, Pœnas sumere. Soph. Ajace, Δίκας ἀροίμην τῶν φονευσάντων πάρα, Pœnas de interfectoribus sumerem. Apud Eund. ibid. in *ποδοῖν κλοπὰν ἀρέσθαι*, videtur *ἀρέσθαι* reddi debere verbo Capessere, ut cum dicitur Lat. Fugam capessere, quod ad verbum est ap. Eurip. Rhes. *φυγὴν αἴρεσθαι*.

τῶν πρὸ αὐτῆς, ἀκάνθας μικρὰς ἔχουσα. Pro quibus Plin., Tenuius est quam cetera, hoc rubi genus, minoribusque spinis et minus aduncis. Lucian. de Hist. scrib. (2, 44.) Καὶ αἵ τε ἄκανθαι, ὁπόσαι ἦσαν, καὶ βάτοι, ἐκκεκομμέναι εἰσί. Dicuntur ἄκανθαι et illi aculei qui sunt circa rosam, sicut et Lat. Spinæ itidem. Idem Luc. ibid. Τὸ μὲν ῥόδον αὐτὸ μὴ βλέπειν, τὰς ἀκάνθας δὲ αὐτοῦ τὰς παρὰ τὴν ῥίζαν ἀκριβῶς ἐπισκοπεῖν. Theophr. Epist. Οὐδὲ ῥόδον τρυγήσεις τὴν ἄκανθαν εὐλαβούμενος. Apud Eund. Καὶ ταῖς ἀκάνθαις τῶν ῥόδων χαίρομεν. Per catachresin autem animalium etiam quorundam, ut hystricis et echini, aculei, ἄκανθαι vocantur, sicut et Lat. Spinæ. Sic in hoc versu, qui legitur ap. Athen. 4. Αὐτὰρ ἐχίνους ῥίψα καρηκομόωντας ἀκάνθαις. Hinc et ἀκανθίων dictus est, ut infra docebo. ‖ Metaphorice vero ἄκανθα tribuitur etiam piscibus, pro illorum aculeis, qui vulgo Arètes, q. d. Aristæ. Plut. Præc. de Valet. Νίγρος δὲ ὁ ἡμέτερος ἐν Γαλατίᾳ σοφιστεύων ἄκανθαν ἐτύγχανεν ἰχθύος καταπεπωκώς, Erasmo interpr. Niger autem familiaris noster dum in Galatia sophisticen profiteretur, forte fortuna piscis spinam deglutiverat. Athen. 8. Ἀφύαι δὲ καὶ μεμβράδες καὶ τριχίδες καὶ τἄλλα, ὅσων συγκατεσθίομεν τὰς ἀκάνθας. Sic et alibi ap. Eund. ‖ Est et Spina dorsi. Herod. 4, (72.) Ἐπεὰν νεκροῦ ἑκάστου παρὰ τὴν ἄκανθαν ξύλον ὀρθὸν διελάσωσι μέχρι τοῦ τραχήλου. Proprie autem dici ἄκανθαν putarunt quidam Sulcum ad lumbos usque, vocatum etiam ὑπόῤῥαχιν. Sed Gal. nomina hæc distinxit, 12. περὶ Χρείας Μορίων. Totam enim seriem vertebrarum, ut Cam. scribit, ῥάχιν nominari putat, et in hac viginti exteriores processus, quasi munimenta quædam, i. e. προβλήματα illarum, ἄκανθαν. Gorr. postquam verba fecit de herba, quæ ἄκανθα vel ἄκανθος appellatur, de qua mox dicam, ab illius similitudine partem illam ἄκανθαν vocari ait, ita scribens, Ceterum ab acanthi similitudine tota etiam vertebrarum spinalis medullæ compages ἄκανθα dicta est: nec modo ipsa tota, sed singuli etiam vertebrarum processus in corporis posteriora exerti, et aculeo spinæque non dissimiles. ‖ Ἄκανθα præterea, ut idem Gorr. annotat, dicta est peculiari nomine pars ea τῆς κνήμης quam proprie ἀντικνήμιον appellant, anterior scilicet tibiæ angulus, quod multum acutus sit. ‖ Ἄκανθα, inquit Nicandri Schol., proprie σπεῖρα τοῦ δράκοντος. Et paulo post ἀκάνθας exp. φολίδας et λεπίσματα, Squamas, enarrans hæc Nicandri verba in Ther. (110.) ἐκὰς δ' ἀπόερσον ἀκάνθας. ‖ Ἄκανθαι denique dictæ sunt per metaph., ut Lat. Spinæ, Difficultates, Molestiæ, s. Salebræ et scrupuli, ut aliis metaphoris Latini dicunt. Hinc ap. Athen. Ἀκάνθας ἐκ τῶν ζητήσεων ἐκλέγειν. Et ap. Eund. 6. Ἐκ τούτων πάλιν τῶν λεχθέντων τὰς ἀκάνθας ἀναλεξάμενος Οὐλπιανός. Et ap. Eund. 3. Ἐξονυχίζεις τε πάντα τὰ προσπίπτοντα τοῖς *συνδιαλεγομένοις, τὰς ἀκάνθας συνάγων, Bud. interpr. Omniaque a disserente prolata ad disputationem revocas, et velut ad unguem vis omnia esse exacta inter loquendum, ut ne scrupulus quidem maneat.

Ἄκανθα, ἡ, Herba, Acanthus a Plinio dicta. Diosc. 3, 19. ait ἄκανθαν vel ἐρπάκανθαν esse Herbam, quæ folia multo lactucaceis latiora habet et longiora, erucæ divisura, nigricantia, etc. Acanthos, inquit Plin., est topiaria et urbana herba, elato longoque folio, crepidines marginum assurgentiumque pulvinorum toros vestiens: duo genera ejus sunt, aculeatum et crispum, quod brevius: alterum læve, quod aliqui παιδέρωτα vocant, alii μελάμφυλλον. Hæc Plin. A Gorræo autem ponitur non solum ἄκανθα, sed et ἄκανθος, afferente illam Diosc. descriptionem. Cui subjungit, Non esset in aculeatarum censu nisi foliorum extrema per caulem in spinulas occallescerent. Hunc alii παιδέρωτα.

Ἄκανθα ἀγρία, itemque Ἄκανθος ἄγριος, ut putat Gorr., Acantha sylvestris, scolymo similis, etc. Diosc. A quo idem Gorr. mutuatus, plantam scolymo similem esse dicit, ejusdem cum superiore generis; hæc enim, sylvestris, illa, sativa est; sed breviorem et magis aculeatam.

Ἄκανθα λευκή, Acantha alba, Spina alba, frutex aculeatus, pruni magnitudine, cortice ligni candido, molli folio et chamæleonis albi simili, angustiore candidioreque, subhirsuto, spinis infesto, flore albo, odorato. Hæc Gorr. e Diosc. et aliis. Ετ Λευκάκανθα composito nomine ap. eundem Diosc. de qua seorsum tractat, videlicet 3, 22: cum descriptio ἀκάνθης λευκῆς habeatur ejusdem libri c. 14. Dicit autem hujus λευκακάνθης radicem similem esse radici cyperi, amaram et validam, pluribus eam non describens. Unde sumens Gorr. Λευκάκανθα, inquit, Frutex est radice cyperi, valida et amara. Is divisis nominibus etiam ἄκανθα λευκὴ vocatur, de qua suo loco dictum est. Hæc ille. At sunt qui contra diversarum esse plantarum nomina existiment: e quorum sententia hæc in VV. LL. scripta sunt, Differunt λευκάκανθα et ἄκανθα λευκή. Nam illa inter spinosas arbores numeratur, hæc inter aculeatos frutices et carduos censetur. Illa undique spinis infesta riget, hæc præter spinas in foliis aculeatum etiam echinum in summo caule habet. Illa in sepibus, hæc in sylvosis ac montanis locis nascitur. Illa solidam habet materiam, hæc concavum et inanem caulem. Hæc, inquam, in VV. LL. sumta e nonnullis, qui de re herbaria scripserunt. Sed quam sint consentanea descriptionibus Dioscor. et aliorum veterum, tibi lector judicandum relinquo. Ceterum quem nos fruticem vocamus Aubepine, quod est ad verbum ἄκανθα λευκή, Spina alba, q. d. Albe épine, sunt qui alium ab hoc esse putent, cum descriptio in omnibus non conveniant. Nonnulli autem aliud esse genus albæ spinæ autumant. Vide infra Ὀξυάκανθα.

Ἄκανθα Αἰγυπτία s. Ἀραβική, Frutex est qui, ut ait Diosc., spinæ albæ similis esse creditur. Ετ Ἀκανθὶς alio nomine a quibusdam appellatur, ut scribit idem Diosc.

Ἄκανθα βασιλική, q. d. Spina regia, e Theophr. affertur, C. P. 1, 10.

["Ἄκανθα, Arbor, Herod. 2, 96. Cf. Ἀκάνθινος. Tribuitur et serpentibus, Herod. 2, 75. Ἄκανθα ἀγρία, huc spectat κύναρος, vel κυνάρα, ἄκανθα, Athen. 2, 37. p. 70." Schweigh. Mss. Ἄκανθα, Arat. Dios. 189. Rufus p. 52. Galen. 5. p. 616. Ἄκανθαι τῶν ζητήσεων, Cic. de Fin. 4, 28. Spinæ disserendi, 3, 1. Spinosum disserendi genus: Acad. 4, 35. Theophrasti ἄκανθα Αἰγυπτία, Mimosa Nilotica Linn. "Phrynich. Ecl. 44. ad Charit. 506. Troad. 117. Musgr. Electr. 492. Jacobs. Anth. 9, 123. 177. 10, 179. 11, 97. 298. Porson. Phœn. 861. Aristoph. Fragm. 245. 266. De pilis, Jacobs. Anth. 11, 328. Theocr. 1, 132. Casaub. ad Athen. 139. Mœris p. 58. et n. Plut. de S. N. V. p. 29. Wessel. Probab. 39. Toup. Opusc. 2, 276. Jacobs. Exerc. 2, 127. Spina dorsi, Musgr. ad Eurip. p. 211. b. Jacobs. Anim. in Eurip. p. 16.: echini, Valck. Phœn. p. 407.: serpentis, ad Herod. 138. Ægyptia, ad Diod. S. 1, 364." Schæf. Mss. "Serpens, Nonn. Dionys. p. 130." Wakef. Mss.]

"Ἀκανθαία, Hesychio ἀκανοὶ, ῥάχιες, forsan pro "ἄκανθαι."

Ἀκανθὶς, (ἡ,) quæ et Arabica spina s. Ægyptia: vide paulo ante. Præ se fert autem hæc quoque vox nominis deminutivi speciem. ‖ Ἀκανθίδας accus. plur. ab ἀκανθὶς, sunt qui adj. esse putent, in hoc Phaniæ versu in Anth. Epigr. Χαλκίδας ἦν δὲ φέρῃς φίλ' ἀκανθίδας, ut videlicet χαλκίδες pisces a Gaza Ericæ dicti, vocentur ἀκανθίδες ob spinarum multitudinem. [Anal. 2. p. 54. "Ad Anton. Lib. p. 52. 76. Verh. Toup. Opusc. 2, 16. Phanias 7. Jacobs. Anth. 8, 326. 9, 122. 11, 68. Bast Lettre 83." Schæf. Mss. "Glomus," Suicer. Lex. Ms.]

Ἀκάνθιον, Parva acantha, spina, q. d. Spinula.

Ἀκάνθιον est etiam Herba similis albæ spinæ, foliis minoribus, per ambitum aculeatis, et lanugine araneosa obductis, qua collecta depexaque vestes bombycinis similes texuntur. Hæc Gorr. Diosc. et aliis. Scribitur et ἀκανθίον. [" Casaub. ad Athen. 139." Schæf. Mss. "Morbus dentium, Artemid. 32." Wakef. Mss. Dioscor. 3, 18. Onopordum acanthium Linnæi.]

Ἄκανθος, ὁ, ἡ, Arbor, quæ a Gaza redditur Acer ap. Theophr. H. P. 3, 4. ubi et fem. gen. usurpatur. Virg. Georg. 2. Balsamaque et baccas semper frondentis acanthi. In q. l. hæc annotat Serv., Acanthus

arbor est in Ægypto semper frondens, ἄκανθος dicta quia spinis plena est. Hæc Serv. Probus in eund. loc. annotat ἄκανθον Herbam esse spinosam, folia habentem lata et rugosa. Idem Serv. alibi Fruticem, quodam loco et Herbam esse tradit. In illo certe cum Theophr. convenit, quod esse arborem, quæ in Ægypto nascatur, et a spinis nomen habuisse tradit. Sic enim Theophr. Ἡ δὲ ἄκανθος καλεῖται διὰ τὸ ἀκανθῶδες ὅλον τὸ δένδρον εἶναι πλὴν τοῦ στελέχους. Theocr. 1, (55.) Πάντα δ' ἀμφὶ δέπας περιπέπταται ὑγρὸς ἄκανθος, quem versum imitatus Virg. Palæmone scripsit, Et molli circum est ansas amplexus acantho. In illo autem Theocr. loco scribit Schol. εἶδος δὲ φυτοῦ (φασὶν) ὁ ἄκανθος. Hes. quoque inter cetera dicit esse nomen φυτοῦ. Hujus s. arboris s. fruticis virgulta flexibilia esse aiunt, unde Virg. alibi dixisse, flexi vimen acanthi. Hæc ἄκανθος in VV. LL. cum acantho Plinii confunditur, de qua supra in Ἄκανθα. [" Valck. ad Theocr. decem Idyllia p. 16. Jacobs. Exerc. 2, 22. Heyn. ad Virg. 1. p. 55. Diod. S. 2, 278.: in veste, Jacobs. Anth. 7, 333." Schæf. Mss.] " Hesychio est non solum φυτὸν, et ζῶον, sed etiam " πτηνὸν, necnon * περίραμμα ὑφασμένον." [" Avis, Reiz. Belg. Gr. 630. Anton. Lib. p. 52." Schæf. Mss.]

" Ἄκανθος dicitur etiam Urbs quædam Thraciæ, " ἀκάνθαις πεφραγμένη ὑπὲρ τὸν Ἄθω, teste Steph. " B., Spinis septa super Athone monte, unde et " nomen invenit. Diodorus vero in Ægypto cujus- " dam Ἀκανθῶν πόλεως meminit, 1. p. 61. Unde " Ἀκανθοπολίτης et Ἀκάνθιος dicitur, qui nimirum " inde oriundus est, et fem. Ἀκανθιὰς, Oriunda ex " Acantho, ut idem Steph. tradit, qui etiam addit, " hinc Ἀκάνθιον τέττιγα Proverbio dici ἐπὶ τῶν ἀφώ- " νων: tales enim esse regionis illius cicadas. Suid. " tamen aliam affert rationem, ut docebo in Ἀκαν- " θίας."

Ἑρπάκανθα, (ἡ,) herba quæ et ἄκανθα. Nam ita Diosc. 3, 19. Ἄκανθα, ἡ ἑρπάκανθα, φύεται ἐν παραδείσοις κ. τ. λ. Putatur ita vocata quod foliis suis longius serpat, hæreat et nitatur. Κυνάκανθα, vel Κυνακάνθη, Sentis canina, de qua Aristot. H. A. 5, (19.) Ita in VV. LL. Respondet tamen potius hæc interpretatio Græcæ voci κυνόσβατος. Sonat enim Sentis canina s. Rubus caninus. Λευκάκανθα, vide supra in Ἄκανθα λευκή. " Μυάκανθος, Myacanthus, a " Theophr. H. P. 6, 4. numeratur inter suffrutices, " qui præter spinam folium habent, ut phleos, ono- " nis, tribulus: diciturque hic μυάκανθος folium ha- " bere admodum σαρκῶδες. Plin. lib. 19, cap. 8, " sylvestrem asparagum, corrudam dictum, a Græcis " orminum aut myacanthon vocari scribit." Ὀξυάκανθα, vel Ὀξυάκανθος, Acuta spina. Ὀξυάκανθα, inquit Diosc. 1, 123. quam alii πυρίναν, alii et * πυρνάνθην appellant, Arbor est pyrastro similis, spinosa valde et minor. Baccas profert myrti, plenas, rubras, fragiles, &c. [Mespilus pyracantha Linn.] Sunt et qui κυνόσβατον eam appellent, ut idem tradit c. 124 ejusdem lib.; ita enim id orditur, κυνόσβατον, οἱ δὲ ὀξυάκανθαν καλοῦσι. Hæc a Theophr. et Ægin. ὀξυάκανθος etiam appellatur. Officinæ, inquit Gorr., Berberis, rura spinivinetum appellant. In quo tamen sunt qui Gorræo repugnent, scribentes non esse illam, quam officinæ Berberis appellent, sed Spinam illam in sepibus nasci solitam, quæ vulgo Aubepine, vel Blanchepine s. Blanch' épine, nuncupetur. [" Ὀξυάκανθος, Heyn. Hom. 5, 11." Schæf. Mss.] Πολυάκανθος, q. d. Multispinis, Genus suffruticis, ap. Theophr. H. P. 6, (3.) sic dictum a multitudine spinarum. Πυξάκανθα arbor alio nomine λύκιον dicta: vide igitur Λύκιον. Πυράκανθα, (ἡ,) Planta cujus meminit et Nicander Ther. (856.) Λάζεο καὶ πυράκανθαν, ἰδὲ φλόμου ἄρρενος ἄνθην. Quidam putarunt esse Berberis officinarum, sed ab aliis reprehenduntur: sicut et qui ὀξυάκανθαν esse crediderunt. Diosc., 18, βάλσαμον esse ait pyracanthæ magnitudine. [Plin. 24, 70.] Τραγάκανθα, (ἡ,) q. d. Hircina spina, Frutex est, inquit Gorr. e Diosc. 3, 23. cujus radix lata et lignosa summo cespite nititur: unde surculos humiles robustos latissime fundit. In quibus minuta folia multa, nonnunquam tenuia exoriuntur, quæ sub se spinas albas, rectas et firmas occulunt. Ab ejus radice vulnerata, manat lacryma pellucens, gracilis, lævis, sincera, subdulcis, quæ etiam τραγάκανθα dicitur, arteriacis medicamentis accommodatissima. Citatur et e Theophr. H. P. 9, 1. Apud Hesych. autem legimus, Ἄφος· ἡ τραγάκανθα. [Diosc. 3, 23. Plin. 13, 21. Astragalus Tragacantha Linn. " Synes. 55." Wakef. Mss.]

[* Ἀμφάκανθος, ὁ, ἡ, δέμας, Io ap. Plut. 7, 170. Hutt., ut legit Schneider. Lex.]

Ἀνάκανθος, ὁ, ἡ, Spinis carens s. aculeis, Non aculeatus. Apud Theophr. H. P. 6, 1. ἀνάκανθα et ἀκανθώδη opponuntur. Pisces quoque, qui sunt exosses, ut in VV. LL. annotatum est, ἀνάκανθοι dicuntur, ut muræna: sic qui unicam spinam habent, μονάκανθοι, ab Aristot. In iisdem Lexx. citatur præterea ex Herod. κήτη ἀνάκανθα ταριχεύειν. [" Const. Manass. Chron. p. 5." Boissonad. Mss. Herod. 4, 53. Athen. 63. * Ἐνάκανθος, ὁ, ἡ, Theophr. H. P. 3, 10.] Μονάκανθος, ὁ, ἡ, vide in proxime præced. [Athen. 281. * Ὀρθοάκανθος, ὁ, ἡ, Arrectis spinis muricatus. Theophr. H. P. 3, 18. Vide Schneider. Lex.] Προρθάκανθος, ὁ, ἡ, Ramos habens spinosos, s. aculeatos, Theophr. οὗ οἱ πτόρθοι ἀκάνθας ἔχουσι. Φυλλάκανθος, ὁ, ἡ. Ita dicitur planta quæ foliis est spinosis s. aculeatis: ut acanus, eryngium, cnecus. Theophr. H. P. 6, 1. Τῶν ἀκανθικῶν δὴ τὰ μὲν ἁπλῶς εἰσὶν ἄκανθαι, καθάπερ ἀσπάραγος, —— τὰ δὲ φυλλάκανθα, καθάπερ ἄκανος, —— ταῦτα γὰρ καὶ τὰ τοιαῦτα ἐπὶ τῶν φύλλων ἔχει τὴν ἄκανθαν. Διὸ καὶ φυλλάκανθα καλεῖται. [7, 9.]

Ἀκανθοβάτης, ου, ὁ, Per spinas s. sentes gradiens, Spinigradus, uno verbo; si modo dici possit ut Pontigradus. Ex ἄκανθα et βάτης, quod a βάω deducitur, et in compositione tantum usurpatur. Ἀκανθοβάται σῆτες, (Antiphan. 5.) in Anthol. Per spinas gradientes, ubi Spinæ metaphorice accipiuntur. || In fem. gen. Ἀκανθοβάτις, ut ἀκανθοβάτις ἀκρίς, [Leon. Tar. 65. " Ἀκανθοβάτης, Jacobs. Anth. 8, 326. 9, 122. 177. Ἀκανθοβάτις, Jacobs. Anth. 7, 121." Schæf. Mss.]

[* " Ἀκανθοβελής, (έος, ὁ, ἡ, Asper,) Const. Manass. Chron. 223. 4742." Kall. Mss. " p. 97." Boissonad. Mss.]

Ἀκανθοβόλος, ὁ, ἡ, Jaciens spinas, vel potius Emittens spinas, ut βόλος ita hic usurpetur ut in ἄβολος, cum dicitur ἄβολος ἵππος. Exp. ἀκανθοβόλος in VV. LL. Asper in morem spinæ, quæ expositio vim compositionis non exprimit. Nicand. (Fr. 2, 9.) ῥόδον ἀκανθοβόλον appellavit, ὡς ἀκάνθης προβολὴν, inquit Eustath. [Nicand. Th. 542. 869. P. Ægin. 6, 32.]

" Ἀκανθοεπία, ἡ, in VV. LL. exp. Spina topiaria. " Significaret tamen potius Spinosa locutio, Verba s. " Oratio spinosa."

[* " Ἀκανθόκαρπος, Theophr. 547." Suicer. Lex. Mss.]

[* " Ἀκανθόκεντρος, (ὁ, ἡ,) Const. Manass. Chron. 223. 5740." Kall. Mss. " p. 117. (Ὡς τρύχειν τὸ σωμάτιον ἀκανθοκέντρῳ ῥάκει.)" Boissonad. Mss. Ubi vertitur: Ut veste spinarum in morem pungente corpusculum suum affligeret.]

Ἀκανθολόγος, ὁ, ἡ, Spinas colligens, Spinarum collector, in Anthol. (Philippi Epigr. 44. Antip. Thess. 45.) eodem modo quo ἀργυρολόγος dicitur Argenti collector. [" Jacobs. Anth. 8, 326. 9, 123. 177." Schæf. Mss.]

Ἀκανθόνωτος, ap. Hesych. exp. ἐχῖνος. Videtur autem esse echini epithetum, qui ita dicatur quasi aculeatum tergum habens. " Ἀκανθόνωτος, (ὁ, ἡ,) " Hesychio Echinus. Dorsum enim ejus spinis hor- " ret, unde et ἀκανθόχοιρος et ὕστριξ nominatur." [" Ἀκανθόχοιρος, Suid. v. Χοιρογρύλλιος." Boissonad. Mss. " Jacobs. Anth. 11, 328." Schæf. Mss.]

" Ἀκανθοπλήξ, (ῆγος, ὁ, ἡ,) A spina ictus, vel sti- " mulo, Lex. Herod." [" Eust. Il. p. 485." Wakef. Mss. " Brunck. Soph. 3, 433. Thom. M. 24. et n.: 578. Wassenb. ad Hom. 167. Valck. Diatr. 286. Lex. Herod. 177. * Ἀκανθοπληγής, ad Thom. M. 24." Schæf. Mss.]

Ἀκανθοστεφὴς, έος, ὁ, ἡ, Spinis coronatus, Spinis cinctus. Ἰχθὺς ἀκανθοστεφὴς, Aristot. [ap. Athen. 319. " Toup. Emend. 1, 214." Schæf. Mss.]

[* " Ἀκανθοτόκος, (ὁ, ἡ,) Cyrill. Alex." Suicer. Lex. Ms.]

Ἀκανθοφάγος, ὁ, ἡ, Spinivorus, Spinis vescens, Ετ verbum Ἀκανθοφαγέω, Spinis vescor.

Ἀκανθοφόρος, ὁ, ἡ, Spiniger, Spinifer, Spinas gerens s. aculeos, vel Spinas ferens. Ἀκανθοφόροισιν ἀρούραις, Greg. Naz. Arvis spinas ferentibus s. producentibus. Hinc verbum Ἀκανθοφορέω, Spinas gero. [" Herodian. Epimer. 187." Boissonad. Mss. " Nonn. Dionys. 13, 411." Wakef. Mss. " Ἐξαρῶ τὰ ἀκανθηφόρα καὶ * βλαβοποιὰ τοῦ πονηροῦ βλαστήματα, Pseudo-Chrys. Serm. 60. T. 7. p. 420." Seager. Mss. Adde * " Ἀκανθοφορία, (ἡ,) Greg. Nyss. Antirrh. 24. 180. in Zacagn. Monum." Kall. Mss.]

Ἀκανθοφυέω, Spinas emitto s. produco. In VV. LL. ἀκανθοφυῆσαι exp. Spinosum fieri; sed ita non exprimitur vis compositionis. Est enim ἀκανθοφυέω ex ἄκανθα et φυέω, quod in compositione ponitur pro φύω.

Ἀκανθόφυλλος, ὁ, ἡ, Spinosa s. Aculeata folia habens. Vide Φυλλάκανθος supra.

[* Παρακανθόφυλλος, ὁ, ἡ, Secundum spinam folium habens.]

Ἀκανθώδης, ὁ, ἡ, Spinosus, Spinis abundans. Vel simpliciter, Spinas habens, ut cum τῷ ἀνάκανθος opponitur, sicut ap. Theophr. 6, 1. Ὅτι τὰ μὲν, ἀνάκανθα, τὰ δὲ, ἀκανθώδη τυγχάνει. Sic ap. Athen. 2. κυνὸς βάτος, vel potius κυνόσβατος, dicitur esse ἀκανθῶδες φυτὸν, Spinas habens. A quibusdam ἀκανθώδης exp. etiam Spinis horrens. ‖ Ἀκανθώδης, Dumosus, Senticosus. Herod. 1. Ἦν γάρ τις χῶρος τῆς Περσικῆς ἀκανθώδης. ‖ Item Ἀκανθώδης, Aculeatus, Aculeis horrens. ‖ Ἀκανθώδης, metaphorice, Difficultatibus et molestiis plenus, sicut et ἄκανθαι pro Difficultatibus. Sic usurpatur in Proverbio, βίος ἀκανθώδης, ad verbum Spinosa vita. Vide Suid. [" Malignus, Ælian. V. H. 10, 12." Wakef. Mss. " Ruhnk. Ep. Cr. 186." Schæf. Mss. Glossæ: Ἀκανθώδης· Sentosus, Spinosus. Diosc. 1, 104. 3, 18.]

Ἀκανθικὸς, ἡ, ὸν, Spinosus, i. q. ἀκανθώδης ap. Theophr. Nam 6, 1. quæ dixerat ἀκανθώδη, statim post appellat ἀκανθικά. ‖ Ἀκανθικὴ appellatur et Lacryma helxines herbæ, jucundi saporis, quæ in summo hujus vertice continetur. Hanc non simpliciter ἀκανθικὴν, sed μαστίχην ἀκανθικὴν Plin. appellat 21, 16. Gorr.

Ἀκανθήεις, ήεσσα, ῆεν, in carmine, i. q. ἀκανθικὸς vel potius ἀκανθώδης in prosa, ut, ἀκανθῆεν * πετάλειον, Nicand. Th. [638. " Fabric. Bibl. Gr. 1, 21." Wakef. Mss.] Ετ ἀκανθὴς ap. Hes. idem. Nam ἀκανθὲς exp. ἀκανθῶδες. [" Jacobs. ad Meleagr. p. 10." Schæf. Mss.]

Ἀκάνθινος, ὁ, ἡ, [imo ίνη, ινον,] Spineus, E spinis factus, E spinis contextus, ut ἀκάνθινος στέφανος ap. Marc. et Joannem, Corona spinea, Corona e spinis contexta, qua fuit coronatus Servator noster. Quidam Spinosam coronam vertit, non discernens ἀκάνθινος, Spineus, ab ἀκανθώδης, Spinosus. Diosc. ἀκάνθινα ξύλα, Spinea ligna, Spinea materies. [" Ἀκάνθινος ἱστὸς, Malus navis e spina arbore, Herod. 2, 96." Schweigh. Mss. Glossæ: Ἀκάνθινος· Spineus. " Ἀκάνθινον ἔλαιον, Casaub. ad Athen. 139." Schæf. Mss. De vestimentis acanthinis vide Schneider. Lex. Biel. Thes.]

[* " Ἀκανθηρὸς, Jacobs. Anth. 8, 173." Schæf. Mss. " Aristot. H. A. 9, 37." Kall. Mss.]

Ἀκανθεὼν, ῶνος, ὁ, Spinetum, Senticetum, nomen περιεκτικὸν, ut a χαράδρα dicitur χαραδρεών. Ετ Ἀκανθὼν quoque trisyllabum pro ἀκανθεὼν, in VV. LL. habetur. Quod si recipiamus, tale esse dicemus, quale δαφνὼν a δάφνη. [" Eustath. 107, 13." Seager. Mss. Glossæ: Ἀκανθεών· Spinetum, Senticetum. Ἀκανθεῶνες· Dumeta. Ἀκανθὼν, ὁ τόπος· Dumetum, Vepreum, hæc Sentia.]

Ἀκανθόω, Spinosum s. Aculeatum reddo. Unde ἀκανθοῦμαι pass. Spinosus s. Aculeatus fio, vel sum, Spinis s. Aculeis horreo. Theophr. de lactuca sylvestri, Θριδακίνη τό,τε φύλλον ἔχει βραχύτερον τῆς ἡμέρου, καὶ τελειούμενον ἀκανθοῦται. Cicero animalia spinis hirsuta vocat, quæ ἠκανθωμένα Græci dicerent, ut opinor. [" Sext. Emp. 1, 50." Kall. Mss. Theophr. H. P. 7, 6. " Koen. ad Greg. 243." Schæf. Mss. " Suid. v. Αἱμασίαις." Wakef. Mss.] Ετ comp. Ἐξακανθῶ, pro eodem. Unde pass. Ἐξακανθοῦμαι, quod Basil. metaph. usurpavit in Epist. quadam ad Libanium, Μέμψεσι δέ τισι καὶ ἐγκλήμασι τὰ γράμματά σου ἐξηκάνθωτο, Accusationibus quibusdam et criminationibus literæ tuæ tanquam aculeis horrebant, vel, Tanquam spinis inhorrescebant, vel, Horridæ et asperæ redditæ erant.

Ἀκανθίζω, Spinosum reddo, in activa signif. Exponitur et in neutra, Spinosus sum, Spinis horreo. Ετ Ἐξακανθίζω, compos. contraria signif. q. d. Expinare, i. Spinis privare, Spinas evellere. ‖ Sed in VV. LL. exp. etiam Aculeatum esse. " Ἐξακανθίζω, affertur pro Spinas evello; sed vereor ne " scribendum sit ἐξακανθίζω."

" Ἐπακανθίζων, Leviter aculeatus, Spinis subhorrens. Theophr. H. P. 4. Ἰσχυρὰ γὰρ ἡ ῥίζα, καὶ οἱ " πόῤῥω τῶν καλάμων, πλὴν ἐπακανθίζοντα. Διὸ καὶ ὁ " κροκόδειλος φεύγει, μὴ προσκόψῃ τῷ ὀφθαλμῷ, τῷ μὴ " ὀξὺ καθορᾷν. Bud." [Vide seq. voc.]

" Παρακανθίζω, Aliquantum spinosus s. aculeatus " sum. Theophr. H. P. 1, 16. de foliorum differentiis, Τὰ δὲ καὶ παρακανθίζοντα καὶ ἐκ τοῦ ἄκρου καὶ " ἐκ πλαγίων: cujusmodi esse dicit cum aliorum, " tum τῆς πρίνου, τῆς βάτου καὶ παλιούρου. Reponendum enim ita esse pro παρακαθίζοντα, hæc " sequentia ostendunt, Ἀκανθῶδες δὲ ἐκ τῶν ἄκρων " καὶ τὸ τῆς πεύκης καὶ πίτυος καὶ ἐλάτης, ἔτι δὲ κέδρου. " Sic Plin. 16, 24. Aculeata aquifolio et ilicum generi: pungentia pino, piceæ, abieti, larici, cedro. " Alibi Theophr. ἐπακανθίζειν dicit, ut 3, 16. Ὁ δὲ " πρῖνος φύλλον ἔχει ἐπακανθίζον."

¶ Ἄκανθος, Echinus, s. Erinaceus, vel, ut alii, Erinacei genus. Habet autem erinaceus aculeatum totum fere corpus, unde et ab aculeis ac spinis nomen accepit: ob quas etiam ἀκανθόνωτος ap. Hes. appellatur. Sic et in illo versu, quem supra citavi, videmus echinos appellatos καρηκομόωντας ἀκάνθαις. Hesychio ἄκανθος est ζῶον et φυτὸν et πτηνόν. Ubi post ζῶον deesse videtur aliquid. Et compos. Ἀκανθόχοιρος in VV. LL. Echinus terrestris.

Ἀκανθίων, ίωνος, ὁ, i. q. ἄκανθος, pro Echino. Ἀκανθίων inquit Gal. τῶν κατὰ Τόπ. 1, (1.) Terrestris erinaceus dictus est a Sorano, quod armatus sit ἀκάνθαις, Spinis. In VV. LL. ex Eodem citatur ἀκανθίων ἐπίγειος, quem Hesych. ἐχῖνον χερσαῖον nominat.

¶ Ἀκανθὶς, Avis quæ Spinus a Gaza dicitur ap. Aristot. item Ligurinus. Virg. Georg. 3. Litoraque halcyonem resonant et acanthida dumi. Ubi Serv., Per dumos vero [resonat] acanthis, quam alii lusciniam esse volunt, alii vero carduelem, quæ spinis et carduis pascitur, ut inde etiam ap. Græcos ἀκανθὶς dicta sit ἀπὸ τῶν ἀκανθῶν, Spinis, quibus pascitur. Hæc Serv. Theocr. 7, (141.) Ἄειδον κόρυδοι καὶ ἀκανθίδες. Ετ Ἀκανθὶς adject. positum, ut quidam putant, vide supra in Ἀκανθὶς post Ἄκανθα. [Glossæ: Ἀκανθίς· Carduelis.]

Ἀκανθυλλὶς eadem avis quæ et Ἀκανθὶς, si Schol. Theocr. fidem adhibemus. Is enim in illum Theocr. versum hæc scribit, Ἀκανθὶς δὲ ὀρνεόν ἐστι ... καὶ λιγυρόν· καλεῖται δὲ καὶ ποικιλὶς διὰ τὴν χροιάν. Quibus subjungit, ἀκανθίδα vocari a Theocr., quod ut Aristot. et Alex. testantur, διατρίβει ἐπ' ἀκανθῶν. Et addit, Καὶ ἀκανθίδες ὄρνεα νεμόμενα ἐπ' ἀκανθῶν· λέγονται δὲ καὶ ἀκανθυλλίδες, εἰσὶ ποικίλοι τὴν χροιάν, ὅθεν καὶ ποικιλίδες λέγονται. In vulg. tamen Etym. legitur hic ἀκανθιλίδες. Hesychio autem ἀκανθυλλὶς est Passeris species. Etymologico quoque ex Oro ἀκανθὶς vel ἀκανθυλλὶς, est Passer qui spinis insidet. In VV. LL. Ἀκανθυλλὶς, Spinus avis, Aristot. de Nat. An. 8, 3. 9, 13. ubi argatilis avis exponitur. [" Bast Lettre 83. ad Anton. Lib. 52. 76. Vet. Valck. ad Adoniaz. p. 278." Schæf. Mss. Glossæ: Ἀκανθυλλίς· Carduelis.]

" Ἀκαλανθὶς, ίδος, ἡ, Suidæ et Hesychio ὄνομα " ὀρνέου μικροῦ, quod nimirum ἀκανθυλλὶς quoque " nominatur, Latine Carduelis. Rursum Hesych.

" ἀκαλανθὶς est ταχεῖα κύων, Celer canis, * ὀνοματικῶς, " inquit: ut Suid. etiam ἀκαλανθίδα vocari dicit τὸν " κύνα, forsan παρὰ τὸ αἰκάλλειν τοὺς γνωρίμους, " ὑλακτεῖν δὲ τοὺς ξένους, Quod cauda abblandiatur " notis, peregrinos autem allatret. At in Lex. meo " vet. legitur Ἀκαλάνθης κύων: diciturque esse for- " tassis insignis canis nomen, παρὰ τὸ ἀκαλὸν θεῖν. " Apud Etymol. Ἀκαλάνθις et Ἀκαλάνθεια pro " eodem. Vide et Ἀκαμύθιος. At pro ἀκαλακανθίς, " quod, Hes. teste, est ἀκανθυλλὶς παρὰ Λάκωσιν, series " alphabetica innuit scribendum Ἀκκαλακανθίς." [" Valck. ad Adoniaz. p. 278. Muncker. ad Anton. Lib. p. 65. Verb. Aristoph. Pac. 1078. Canis, Valck. ad Phalar. p. xv." Schæf. Mss.] " Ἀκαμύθιος, Etym. " et Lexico meo veteri, e Methodio, ὁ κύων, παρὰ τὸ " αἰκάλλειν τοὺς ἰδίους δεσπότας."

¶ Ἀκανθίας, ου, ὁ, Cicadæ species, ut ait Hesych. At Suid. negat Cicadæ speciem esse ἀκανθίαν, traditque esse ejus epithetum ex eo, quod ἐν ἀκάνθαις, Inter spinas, canat. ET Ἀκάνθιος Etym. est itidem Species cicadæ. In VV. LL. Ἀκάνθιος τέττιξ, Proverb. in mutos, musices ignaros atque indoctos, ἐπὶ τῶν ἀφώνων καὶ ἀμούσων, quod cicadæ ἀκάνθιοι dictæ, minime sint vocales, sed mutæ. || Ἀκανθίας, Spinax piscis, ap. Aristot. de Nat. Anim. 6, 10. 9, 37. ἀκανθίαι καὶ γαλεοί, Spinaces et mustelli. Sic interpres. Vide et Athen. 7, [43. " Phrynich. Ecl. 43. Jacobs. Anth. 7, 121." Schæf. Mss. Oppian. H. 1, 380. Ælian. H. A. 10, 44. J. Poll. 1, 247.]

" Ἄκανος, ὁ, ἡ, i. q. ἄκαινα et ἄκανθα, ejusdemque " originis, nimirum παρὰ τὴν ἀκήν. Spina enim, quæ " hisce vocabulis declaratur, acuta est. Hesych. " duobus in locis oxytonως scribit, et Eurip. Troad. " ita nominare ait τὴν ῥάχιν τῶν σφονδύλων τοῦ ἰχθύος, " Dorsum piscis horridum spinis, s. Spinas quibus " dorsum piscis horret, addens tamen esse etiam " κανθάρου εἶδος. || Ἄκανος, est etiam Herba quæ- " dam s. Frutex spinosus et aculeatus. Unde et " inter ἀκανθώδη et φυλλάκανθα numeratur a Theo- " phr. H. P. 6, 1. necnon 1, 16. in hoc enim " posteriore loco ἄκανος reponunt pro ἄκανθος. " Plin. 22, 9. Sunt qui et acanon eryngio ascribant, " spinosam brevemque ac latam herbam, spinisque " latioribus. Bibliorum interpretes verterunt Car- " duum, sed male. Perperam item Gesnerus ἄκανον " et ἄκινον confudisse dicitur. Nam ἄκινος s. ἄκονος " alia est Planta Dioscoridi, et Latine a nonnullis " vocatur Ocimastrum. || Ἄκανος, dicitur etiam " Illud quod veluti malum extuberat in carduorum " genere: ἡ ἀκανθώδης κεφαλή, quam ἐχῖνον vocat " Diosc. Theophr. H. P. 6, 4. Ἀπὸ δὲ τῆς ῥίζης μέσης " ὁ σπερματικὸς ἄκανος ἐπιπέφυκεν, ὥσπερ μῆλον, quem " ἄκανον mox ἄκανθαν vocari ait. Derivatur hinc " Ἀκανικὸς, Acanicus, h. e. Qui acani est, vel Qualis " est acani. Theophr. H. P. 4, 7. Ὅμοια τοῖς τῶν " ἀκανθῶν φύλλοις τῶν ἀκανικῶν, Foliis spinarum " acanicarum. Item Ἀκανώδης, q. d. Acanaceus, " Speciem acani gerens, s. Qui ex acani genere est, ut, " cum planta aliqua esse ἀκανώδης dicitur. Necnon " DEMIN. Ἀκάνιον, quod Hesychio est ἀκάνθιον, " Spinula. Denique et VERBUM Ἀκανίζω, signi- " ficans Acanum imitor, Acani speciem gero. Theo- " phr. H. P. 7, 4. de chamæleonte herba, Ὁ μὲν γὰρ " * ἀφυλλάκανθος ὢν, ἀκανίζει, Acanum imitatur, cum " tamen sit ἀφυλλάκανθος, ἄκανος autem φυλλάκανθος. " Perperam tamen ibi scriptum κακανίζει." [Ἄκανος, Biel. Thes. Sprengel. Hist. Rei Herb. 100. Ἀκανώδης, Theophr. H. P. 6, 4.]

" ἌΚΑΡΙ, Animalculum omnium minutissimum, " colore albo, solens innasci ceræ et caseo inveteratis. " Meminit ejus Aristot. H. A. 5, 32. Ἄκαρι appellant " etiam nonnulli Animalculum illud, quod cuti " humanæ innascens, ei maximos ingenerat pruritus." [" Ad Il. 9, 378." Schæf. Mss.]

" Ἄκαρνα, ἡ, Acarna, genus suffruticis ap. Theo- " phr. H. P. 6, 3. 4. pro quo nonnulli reponendum " censent ἄκορνα. Hesychio ἄκαρνα est δάφνη, Laurus. " Acarne autem a Plin. numeratur inter pisces " marinos 32, 11. forsan idem cum eo pisce, qui ab " Athen. 7. vocatur Ἀκαρνάν." [Schneider. Lex. v. Ἀκάρναξ.] " Alioqui Ἀκαρνὰν est ἐθνικὸν vocabulum: " unde Ἀκαρνανία dicitur Regio, quam habitant A- " carnanes, et fem. gen. Ἀκαρνανὶς, s. γυνὴ, femina " oriunda ex ea regione, ut annotat Steph. B. Reperitur " et Ἀκαρνὶς pro Ἀκαρνανὶς χώρα s. Ἀκαρνανία, ut " ap. Athen. 2. Περὶ Λάμψακον ἐν τῇ Ἀκαρνίδι. Sic " enim scribendum, non Ἀκαρνίδη."

" Ἀκάρναξ, Hesychio λάβραξ, Lupus piscis." [Schneider. Lex. v. Ἀκάρναξ.]

" Ἀκαρσύας, Hesychio ὁ ἀνίκητος, Insuperabilis, " Invictus."

" Ἄκαστος, Hesychio est ἡ σφένδαμνος, Acer arbor. " Est alioqui et Nomen proprium."

ἌΚΑΤΟΣ, ὁ, (ἡ), Genus navigii actuarii, quod probari possit hoc Bassi versu in Anthol. Ληθαίης ἀκάτοιο τριηκοσίους ὅτε ναύτας Δεύτερον ἔσχ' ἀΐδης πάντας ἀρηϊφάτους. Sed ap. Herod. est Navis oneraria, in Polymnia scribentem, Καὶ τοὺς ἐν τοῖσι ἀκάτοισι σιταγωγοῖσι ἐόντας, In acatis frumentariis. Quidam Poëta ap. Athen. 1. φορτηγοὺς videtur ἐπιθετικῶς appellare ἀκάτους, dicens eorum inventores Caras fuisse: Φορτηγοὺς δ' ἀκάτους Κᾶρες ἁλὸς ταμίαι. || Bayfius de Re navali, Ἄκατος etiam dicitur a Thuc. et Luc. de Ver. Narr. (1, 5.) Qui agebatur velis potius quam remis, Καὶ τὴν ναῦν (ἄκατος δὲ ἦν) ὡς πρὸς μέγαν καὶ βίαιον πλοῦν ἐκρατυνάμην, Et navem quæ acatus erat, ut ad longam sævamque navigationem ferendam esset idonea, armandam instruendamque curavi. Et paulo post subdit, Καὶ οὐκ ἔτι οὐδὲ στεῖλαι τὴν ὀθόνην δυνατὸν ἦν· ἐπιτρέψαντες οὖν τῷ πνεύματι, Neque amplius contrahere vela in potestate nostra erat. Thuc. 7. Μάλιστα τριήρεσι πλαγίαις, καὶ πλοίοις καὶ ἀκάτοις, ἐπ' ἀγκυρῶν ὁρμίζοντες. Hactenus Bayfius. || Ego autem observavi, quod a nemine annotatum reperi, poëtas Græcos utplurimum Charonti dare ἄκατον. Hermesianax ap. Athen. 13. Ἔνθα Χάρων ἀκοὴν ἕλκεται εἰς ἄκατον Ψυχὰς οἰχομένων, ubi mendum videtur subesse voci ἀκοήν. Sic Bassus in Anthol. Ληθαίης ἀκάτοιο, κ. τ. λ. nam modo h. l. citavi. Sic Antiphil. Byz. ad Charontis cymbam alludens, Πλώσῃ ἐπ' οἰκείης εἰς ἀΐδην ἀκάτου. Alia testimonia mihi nunc non succurrunt. Videndum est autem an ἄκατον Charontis dixerint pro eo, quod Latini interdum dixerunt Charontis cymbam, Græci Χάροντος σκάφος vel σκαφίδιον.

Ἄκατος, Genus poculi metaphorice sic dicti a magnitudine vel a concavitate. Eust. scribit esse φιάλην πλοιοειδῆ, Phialam navigii formam habentem. Quæ autem ea esset, lege ap. illum.

[" Ἄκατος, Athen. 28. Ruhnk. Ep. Cr. 285. Koppiers. Obs. 31. Valck. Anim. ad Ammon. 125. Diatr. 273. Wakef. S. C. 2, 13. ad Charit. 281. Herod. 592. Thom. M. 931. Huschk. Anal. 228. ad Lucian. 2, 73. Genus veli minoris, Porson. Med. 21. n." Schæf. Mss. Pind. Nem. 5, 5. Pyth. 11, 62.]

Ἀκάτιον, Parva acatus. Est enim demin. ab ἄκατος. Thuc. (4, 67.) Ἀκάτιον ἀμφηρικὸν, ὡς λῃσταὶ, ἐκ πολλοῦ τεθεραπευκότες τὴν ἄνοιξιν τῶν πυλῶν, ἀνέθεσαν [εἰώθεσαν, hodie legitur,] ἐπὶ ἁμάξῃ, πείθοντες τὸν ἄρχοντα, διὰ τῆς τάφρου κατακομίζειν τῆς νυκτὸς ἐπὶ τὴν θάλασσαν καὶ ἐκπλεῖν, interpr. Bayfio, Acatium ambireme, ceu prædones, multo antea aucupantes facultatem aperiendarum portarum imposuerunt currui, quo nocte intempesta, permissu magistratus, per fossam transportarent ad mare. Quem in locum annotat Schol. ἀκάτιον ἀμφηρικὸν esse Navigiolum, quod utrimque remis agatur, in quo unusquisque remigum binos remos ducat. Idem Bayfius alio loco annotat Strab. ἀκάτια pro Prædatoriis navigiis posuisse, ita scribentem, 11. Ζῶσι δὲ ἀπὸ τῶν κατὰ θάλατταν λῃστηρίων, ἀκάτια ἔχοντες λεπτὰ, στενὰ καὶ κοῦφα, ὅσον ἀνθρώπους πέντε καὶ εἴκοσι δεχόμενα· σπάνιον δὲ, τριάκοντα δέξασθαι τοὺς πάντας δυνάμενα, A latrociniis, quæ in mari factitant, vitam tolerant, acatia habentes levia, angusta et velocia, quæ vix vectores vigintiquinque recipiant: rarum autem est ea posse in totum triginta capere. Videtur autem

Bayfius hoc potuisse confirmare, videlicet ἀκατίῳ prædones etiam uti consuevisse, e Thuc. loco modo citato, ubi dicit, ἀκάτιον ἀμφηρικὸν, ὡς λῃσταὶ, &c. Idem Bayfius non probat, quod Valla Navigium actuarium reddit. Quanquam Hermolaus quoque navigii actuarii genus fuisse tradit, auctores esse dicens cum alios omnes fere historicos, tum vero Plutarchum. Ego vero, si actuariæ naves generaliter esse dicantur, cum Nonio, celeres, ita vocatæ quod cito agi possent, ἀκάτιον Actuariam navem, s. Actuarium navigium non male reddi crediderim: aut, ut formam deminutivam exprimamus, Actuariolum, vel, cum Cicerone, Actuariam minutam. Bud. Actuarias naves a Latinis dici putavit quæ remis agerentur, non tantum velis. Certe ἀκάτιον non solum velis solitum agi, ut apparet e Xenoph., Καὶ τοῖς ἀκατίοις δὲ, καὶ εἰ ἔφορον πνεῦμα εἴη, ὀλίγα ἐχρῆτο, sed et remis, e Thuc. loco modo citato manifestissimum est. Quidam ἀκάτιον esse voluerunt quod Galli Brigantin vocant, quod proprie sonat Navigiolum velox et expeditum quo prædones utuntur; eos enim appellamus Brigands: et quidem ἀκάτιον etiam appellari Prædatorium navigium, e Strab. loco patuit paulo ante. || Quod autem scribit Bayfius ἀκάτια etiam quædam fuisse maxima, et ad id probandum hunc e Polyb. 1. locum affert, Παρεσκεύαζον δὲ καὶ τὰ περιλοιπῆ τῶν πλοίων, τριήρεις καὶ πεντηκοντόρους καὶ τὰ μέγιστα τῶν ἀκατίων, in hoc vero ne fallatur vereor. Neque enim dicit Polyb. καὶ τὰ ἀκάτια, τὰ μέγιστα ὄντα: sed τὰ μέγιστα τῶν ἀκατίων, Quæ ex acatiis erant maxima, vel Maxima quæque acatia. Ut siquis scripsisset apparari cum aliis navigiis etiam maximas quasque cymbas, esse cymbas maxima etiam navigia, nequaquam inde colligeremus. Siquidem per maximas quasque cymbas intelligeremus eas, quæ inter ceteras maximæ essent, vel Quæ præcipuæ essent magnitudine, s. Quæ ceteras magnitudine excederent. Sic et maximas quasque formicas dicere quis possit, non intelligens tamen formicas maxima esse animalia.

'Ακάτιον, inquit Hesych. Velum acatii, aut, Princeps qui civitatem gubernat, aut Judex, aut Magnum velum, aut Navis, s. Navigium. Est etiam Phiala, ideo fortasse quod rotundo navigio sit similis. Hæc Hesych. Harum autem signiff., quarum quædam metaphoricæ sunt, exempla desiderantur.

['Ακάτιον, Cymba, Gl. Agathias 3. p. 97. Νῆες φορτίδες μετεώρους εἶχον τὰς ἀκάτους καὶ ἄμφ' αὐτὰ ἤδη που τὰ καρχήσια τῶν ἱστῶν ἀνιμηθείσας. Lucian. 6. p. 280. "Ανεμος ἐμπίπτων τῇ ὀθόνῃ καὶ ἐμπιπλὰς τὰ ἀκάτια. " Thom. M. 931. Brunck. Aristoph. 1. p. 9. Kuster. Aristoph. 237. a. Velum, quo olim utebantur, ubi magna cursus celeritate opus erat, Schneider. Bibl. Philol. 1, 157. ubi laud. Mori Ind. ad Xenoph. Hist." Schæf. Mss.]

'Ακάτιος, inquit J. Poll., ὁ μέγας καὶ γνήσιος ἱστὸς, Magnus et proprius, ad verbum Germanus, malus: ὁ δὲ κατόπιν, ἐπίδρομος· ὁ δὲ ἐλάττων, δόλων, Qui autem est retro, ἐπίδρομος, at minor, δόλων. Ita quidem accipiendo ἱστὸν pro Malo; sed Hermolaus ἱστὸν pro Velo accipit: ita scribens, Est enim Acatium navigii genus actuarii: auctores Plut. et omnes fere historici. Pollux quidem velum in navi maximum Acatium vocari tradit; sicut minimum, dolonem; tertium vero quod retrorsum panditur, epidromon. Ubi ἱστὸς Malum significet an Velum, dicetur in explicatione ipsius vocis, suo loco. Hesych. certe præter signiff. modo ex eo descriptas, vult ἀκάτια esse etiam Calceamenti genus: item τὰ μεγάλα ἄρμενα. Et Suid. δόλωνας esse scribit τὰ μικρὰ ἱστία. || Notandum est interim et hoc ἀκάτιος ex J. Poll. poni, non ἀκάτιον, quamvis non distinguat Hermolaus, ejus locum proferens. Hesych. certe pro omnibus signiff. neutrum genus ponit.

'ΑΚΕΟΜΑΙ, f. έσομαι, et ήσομαι, unde ἄκημα, Sano, Medicor, Medeor: ut Il. Π. (523.) 'Αλλὰ σύ περ μοι ἄναξ τόδε καρτερὸν ἕλκος ἄκεσσαι, Ulcus hoc sana, Ulceri huic medere, vel Medicinam adhibe. Ibid. (28.) ἰητροὶ—"Ελκε' ἀκειόμενοι, posito ἀκειόμενοι pro ἀκεόμενοι, pleonasmo literæ ι. Apoll. R. 2, (155.) ἕλκεά τ' ἀνδρῶν Οὐταμένων ἀκέοντο. Rursum Hom. dicit ἀκεῖσθαι δίψαν, Il. X. (2.) πίοντ', ἀκέοντό τε δίψαν, ad verbum, Sanare sitim, pro Sedare s. Restinguere sitim, quasi videlicet sitis sit morbus.

'Ακεῖσθαι, Mederi, metaphorice. Herod. (3, 16.) Οὕτω δὴ ἀκεόμενος τὰ ἐπιφερόμενα. Quæ exponuntur, Rei venturæ medens. Sic enim dicitur ut et ἰᾶσθαι pro Incommodo cuipiam mederi, aliquo videlicet salubri consilio, aut alio modo: ut Od. K. (69.) ἀλλ' ἀκέσασθε, φίλοι. δύναμις γὰρ ἐν ὑμῖν. Il. N. (115.) 'Αλλ' ἀκεώμεθα θᾶσσον· ἀκεσταί τοι φρένες ἐσθλῶν. Potest tamen et aliter accipi, ut dicam in 'Ακεστός. Idem Herod. (3, 40.) "Ην τε μὴ ἐναλλὰξ ἤδη τὠπὸ τούτου αἱ εὐτυχίαι τοι αὐταῖσι πάθαισι προσπίπτωσι, τρόπῳ τῷ ἐξ ἐμεῦ ὑποκειμένῳ ἀκέο. || Capitur et pro Expiare ap. Plat. Pol. 2. Θυσίαις τε καὶ ἐπῳδαῖς εἴτε τι ἀδίκημά του γέγονεν αὐτοῦ ἢ προγόνων, ἀκεῖσθαι, Mederi sceleribus, i. e. Scelera expiare. Nam scelera ex animi morbo proveniunt: eorum igitur expiatio veluti medicina est.

'Ακεῖσθαι, Sarcire, Resarcire. Aristot. de phalangio, Πάλιν ὁρμᾷ πρὸς τὴν θήραν, ἀκεσαμένη πρῶτον τὸ διεῤῥωγός. Atque ut hic Aristot. dixit ἀκεσαμένη τὸ διεῤῥωγὸς, ita Lucian. ἀκεῖσθαι τὰ διεῤῥωγότα. Sic enim ἐν Δραπέταις scribit, Αὖθις ἀκεῖσθαι τῶν ἱματίων τὰ διεῤῥωγότα, Rursum vestimenta rupta sarcire. Idem, Μισθοῦ ἀκούμενος τὰ σαθρὰ τῶν ὑποδημάτων. || Item, 'Ακεῖσθαι, Sarcire, metaphorice. Xen. 'Απορίας τῶν φίλων τὰς δι' ἄγνοιαν ἐπειρᾶτο γνώμῃ ἀκεῖσθαι, Damna, quæ amici in re familiari passi erant ex ignorantia, sarcire consilio conabatur.

'Ακέω etiam inveniri testatur Hesych., qui ἀκέουσι exp. θεραπεύουσι. A quo ἀκεῖσθαι interdum passive accipitur, pro Sanari. Item pro Sarciri. Νόσου δὲ ἀκεσθείσης ap. Pausan., Sanato autem morbo. Et Hes. ἀκεόμενα exp. θεραπευόμενα.

" 'Ακείω, Ionica et poëtica epenthesi τοῦ ι dicitur " pro ἀκέω. 'Ακείομαι, Ionica et poëtica epenthesi " τοῦ ι, dicitur pro ἀκέομαι, unde particip. ἀκειόμενον, " quod Hesych. exp. et ῥάπτοντα et ἰώμενον, procul " dubio respiciens ad h. l. Od. Ξ. (383.) Νῆας " ἀκειόμενον τάς οἱ ξυνέαξαν ἄελλαι, Resarcientem " naves, vel etiam metaphorice Medentem navibus. " In propria autem medendi signif., Il. Π. (29.) " Τοὺς μέν τ' ἰητροὶ πολυφάρμακοι ἀμφιπένονται "Ελκε' " ἀκειόμενοι. Rursum metaph. Apoll. R. 4., (1061.) " dicit, κακῷ κακὸν—ἀκειομένη, pro θεραπεύουσα s. " ἰωμένη, ut Schol. exponit: qui tamen et passive " exposuerat ῥωννυμένη, ut Suid. quoque ἀκειόμενος " affert pro θεραπευόμενος."

[" 'Ακέομαι, ad Timæi Lex. 114. Thom. M. 27. et n.: it. 25. 876. Phrynich. Ecl. 32. ad Lucian. 1, 341. ad Charit. 256. Bergler. ad Alciphr. p. 58. ad Herod. 418. Jacobs. Anth. 7, 269. Bentl. ad Callim. p. 316. Heyn. Hom. 4, 623. 5, 291. 6, 339. 7, 142. 8, 236. Heindorf. ad Plat. Gorg. p. 4. Act., Boissonad. in Philostr. 507. De constr., Epigr. adesp. 162. b. Heyn. Hom. 7, 232. 'Ακούμενοι ἱμάτια, Thom. M. 25. et n. Τινὰ νόσον, Valck. Oratt. 330. Cum duplici accus., Dawes. Misc. 151." Schæf. Mss. 'Ακεῖσθαι δίψαν, Philo J. 631. Lucian. 1, 481.: ὑποδήματα, Clem. Alex. 281. Pind." Wakef. Mss. " 'Ακεῖσθαι ἀπορίας, Xen. Mem. 2, 7, 1. Æschin. Dial. 3, 15. Τὰ παθήματα πόνοις ἀκεῖται τοῖς δυναμένοις καθικέσθαι τῆς ψυχῆς, ubi corrupte legitur ἀρκεῖται." Schneider. Lex.] " 'Ακέσασθαι τὴν ἁμαρτάδα, legitur ap. Herod. 1, (167.) forsan pro ἀκέσασθαι, Mederi delicto, h. e. Expiare scelus." [" Notione primitiva, propria, ἀκέσασθαι ψώρην ἀνθρώποισι et ἵπποις, 4, 90." Schweigh. Mss.] " 'Ακίμενοι, ap. " Hesych. legitur, exponiturque ἰώμενοι, et dicitur " metaphoricum esse ἀπὸ τοῦ θεραπεύειν. Sed pro eo " scr. ἀκειόμενοι." [Glossæ: 'Ακέσασθαι· Reconciliare.]

"Ακεσμα, τὸ, ET 'Ακεσμὸς, ὁ, Sanatio, Medicatio, Medela. Hesych. ἀκέσματα exp. ἰάματα, et ἀκεσμὸν, θεραπείαν, ἰατρείαν. Exponitur et ὑγίανσις, Sanitatis recuperatio, uno verbo, Convalescentia, ut Latine dici posset. Fit a præt. pr. pers. ἄκεσμαι

A ["Ἄκεσμα, Heyn. Hom. 7, 69. Wolf. Proleg. in Hom. 242. Jacobs. Anim. 89. Ἀκεσμὸς, ad Mœrin 79." Schæf. Mss. Æsch. Prom. 481. Pind. Pyth. 5, 86.]

Ἀκέσμιος, ὁ, ἡ, Sanabilis, i. q. ἀκέσιμος. Hesych. ἀκέσμιον exp. ἰάσιμον. Et ut ab ἄκεσις fit ἀκέσιμος, sic ab ἄκεσμα fieri ἀκέσμιος dicemus: nisi forte depravate legitur ap. Hesych. ἀκέσμιον.

Ἄκημα, τὸ, i. q. ἄκεσμα, s. ἀκεσμὸς, s. ἄκεσις, aut ἄκος, quorum illa duo hic præcedunt, hæc sequuntur. Il. O. (393.) ἐπὶ δ' ἕλκεϊ λυγρῷ Φάρμακ', ἀκήματ' ἔπασσε μελαινάων ὀδυνάων, Remedia. Fit autem ἄκημα tanquam a fut. ἀκήσω, cum præcedentia omnia verbalia ab ἀκέσω fiant: sicut et quæ sequuntur composita. Verbi ἀκῶ ἀκέσω, inquit Eust., videtur futurum esse per η etiam: ut apparet ex ἀκήματα significante θεραπεύματα, nam ab ἀκῶ ἀκήσω fit ἄκημα. Quod tamen Eustathii dictum non ita intelligendum est quasi ἄκημα immediate formetur a fut. habente η, sed illud η futuri in præterito quoque poni, s. usitato, B s. inusitato, a quo formatum sit ἄκημα: quemadmodum ab ἤκεσμαι habente ε futuri ἀκέσω, vel potius ἀκέσομαι, formantur ἄκεσμα et ἀκεσμός. [" Il. O. 394. Wakef. Trach. 554. Heyn. Hom. 7, 69." Schæf. Mss.]

Ἄκεσις, ἡ, i. q. ἄκεσμα s. ἀκεσμὸς, ab ἤκεσαι formatum. Erotian. ap. Hippocr. ἀκέσιας exp. ἰάσεις. Sed ἀκεσίας ibi legitur tanquam ab Ἀκεσία. Exp. etiam ὑγίασμα, Valetudinis recuperatio, ap. Plut. Lycurgo. [Hippocr. 3, 17. 17, 7. 18, 8. 38. 19, 13. " Ad Thom. M. 28." Schæf. Mss. " Schol. Pind. Pyth. 5, 85. Ælian. Anim. 513. Zosim. p. 98." Wakef. Mss. " Herod. 4, 109. ἄκεσιν ὑστερέων, Curationem uterorum: τὰ ἐς ἄκεσιν φέροντα, 4, 90." Schweigh. Mss.]

Ἀκέσιμος, ὁ, ἡ, Sanabilis, Medicabilis, ἀκεστός. || Item Valens ad sanandum. [" Stob. p. 20." Wakef. Mss. Maxim. de Electt. 149. Plut. 9, 766.]

Ἀκέσιος dicitur Apollo quasi ἀκέσιμος, a facultate sanandi, qua præditus est. Nam et arti medicæ præesse fertur.

C Ἀκεσίμβροτος, ὁ, ἡ, Mortales sanans. Orph. de Lap. (8.) filium Apollinis ἀκεσίμβροτον appellat. Ex ἀκέσαι et βροτὸς, inserto μ, ut in aliis ex βροτὸς compositis. [" Fabric. Bibl. Gr. 2, 652." Wakef. Mss.]

[* Ἀκεσίνοσον πῖαρ, Anal. 2, 149. e Schneideri emend., Morbos sanans.]

Ἀκεσίπονος, ὁ, ἡ, Sanans laborem, ad verbum, ut sit quasi Corroboratorius. Linguam nostratem sequendo Confortativus. Scribitur interdum ἀκεσσίπονος duplici σσ, metri gratia. [" Nonn. Metaphr. Jo. 11, 99. Dionys. 7, 86. 12, 267." Wakef. Mss.]

[* Ἀκεσφόρος, ὁ, ἡ, Remedium afferens, Salutaris. Eur. Ion. 1005. Astydamas ap. Athen. 40. " Jacobs. ad Anthol. 1, 1. p. 22. * Ἀκεσφορία, (ἡ,) Wessel. Probab. 338. ad Charit. 754." Schæf. Mss. Maxim. de Electt. 167-8.]

Ἀκεσώδυνος, ὁ, ἡ, Sanans dolores. Ex ἀκέσαι et ὀδύνη, verso ο in ω, ut fit in aliis multis ex ὀδύνη compositis. Ἀκεσώδυνον, θεραπευτικὸν τῶν ὀδυνῶν, Suid. D De Hippocr. quidam loquens, dixit, Οὗτος πατὴρ ὑγείας, οὗτος σωτὴρ, οὗτος ἀκεσώδυνος. [Epist. Hippocr. 523=1272. " Huschk. Anal. 277." Schæf. Mss.]

" Ἄκεσον, Hesych. affert pro ἄπονον. Ἀκεσᾶς " autem et Ἀκεσὼ, Nomina propria sunt, illud viri, " hoc mulieris." [" Ἀκεσὼ, Jacobs. Anth. 10, 295. T. H. ad Plutum p. 235. Valck. Diatr. 291." Schæf. Mss.]

Ἀκεστὸς, (ἡ, ὸν,) ex ἤκεσται, tertia præteriti, ut ἄκεσις, a sec. ἤκεσαι, ἄκεσμα et ἀκεσμὸς a pr. ἤκεσμαι, Sanabilis, Medicabilis, i. q. ἀκέσιμος. Erotian. ap. Hippocr. ἀκεστὰ expl. ἰάσιμα. Potest vero ἀκεστὸς reddi etiam Sanatu facilis. Nam ἀκεσταὶ Hesych. exp. εὐίατοι. || Apud Hom. ἀκεσταὶ exp. εὐδιόρθωτοι ab Eust., in Il. N. (115.) Ἀλλ' ἀκεώμεθα θᾶσσον· ἀκεσταί τοι φρένες ἐσθλῶν, Faciles emendatu sunt mentes virorum virtute præditorum. Videtur autem, ut exponitur ἀκεσταὶ, sic et ἀκεώμεθα exponi debere, quod tamen in brevibus Scholiis non est observatum; in iis enim exponitur ita h. l., Sed errori s. peccato medeamur; virorum strenuorum mentes faciles sunt sanatu, i. e. facile in melius convertuntur. Ita illic: at si exponendum sit ἀκεώμεθα eodem sensu quo ἀκεσταὶ, existimo ἀκεώμεθα perinde esse ac si quis diceret, Sed hanc animorum infractionem et demissionem sanemus. Nec tamen nego posse alio ἀκεώμεθα, alio ἀκεσταὶ referri. " Ἀκέται, ap. Hesych. " legitur, expositum ἐπίατοι, ἀκατάλλακτοι, sed perpe" ram; scribendum enim: Ἀκεσταί· εὐίατοι, εὐκα" τάλλακτοι, ut e præcedentibus liquet, ubi exp. hoc " Homericum, ἀκεσταὶ φρένες ἐσθλῶν." [" Ad Il. O. 203. Heyn. Hom. 6, 389." Schæf. Mss. " Ἀκεστὸν πρᾶγμα, Res reparabilis, ubi error quoquo modo corrigi possit, Reisk. ad Antiph. p. 754." Seager. Mss. Hippocr. 493, 26.]

[* " Ἀκεστήρ, (ῆρος, ὁ,) i. q. σωφρονιστής, Moderator, Corrector, Soph. Œd. C. 713." Seager. Mss.]

Ἀκεστὴς, οῦ, ὁ, Sanator, Medicator, Medicandi peritus, Medicus. Apud Eust. ἀκέστης habetur cum acuto in penultima, scribentem e vet. Gram. Phryges B Medicum ita appellare. Apud Suid. legitur ἀκέστας, itidem παροξυτόνως, ut sit α Dorice pro ἀκέστης: fortasse quod ap. quempiam Dorica utentem dialecto scriptum ita reperisset. Volunt tamen quidam, sequentes eum, qui voces collegit, diversum pro diversa significatione accipientes accentum, ἀκεστὴς pro Medico scribi ὀξυτόνως, at cum est nomen proprium, ἀκέστης, παροξυτόνως.

Ἀκεστὴς, Sartor. Xen. K. Π. f. Ὥσπερ ἱματίων ῥαγέντων εἰσί τινες ἀκεσταὶ, οὕτω καὶ ἰατροὶ, ὅταν τινὲς νοσήσωσι, τότε ἰῶνται τούτους, Ut sunt vestimentorum ruptorum quidam sartores, sic et medici, cum aliqui in morbum inciderint, tunc illis medentur. Quo tamen in loco vetera nonnulla exemplaria non ἀκεσταὶ, sed ἠπηταὶ habent. Sed si ἀκέστριαν dicere oportet, non ἠπήτριαν, et ἠκήσασθαι prorsus est barbarum, nequaquam hic exempl. illis adhibere fidem debemus.

Ἀκεσταὶ vocantur etiam Vehicula quædam Sicula, a quadam Siciliæ urbe. Fortasse autem ἀκέσται potius C scribendum est ap. Hes., quamvis duobus locis ἀκεσταὶ in ejus exempl. legatur; nam ap. Steph. B. est Ἀκέστη urbs Siciliæ. Et Ἀκεστὶς, ίδος, ἡ, Fornacis ferreæ genus, ἐν ᾗ καμινεύεται ὁ χαλκὸς, ut habet Diosc. 5, 84. Is enim postquam dixit, Γεννᾶται δὲ ἡ καδμεία ἐκ τοῦ χαλκοῦ καμινευομένου, προσιζανούσης τῆς λιγνύος τοῖς τοίχοις καὶ τῇ κορυφῇ τῶν καμίνων, subjungit, Εἰσὶ δὲ αὗται σιδηραῖ παμμεγέθεις, ὑπὸ τῶν μεταλλουργῶν καλούμεναι ἀκεστίδες, κατὰ κορυφὴν συνημμέναι, κ. τ. λ. Quæ postrema verba ita vertit Ruellius, Prægrandes autem ac ferreæ sunt rudes ab officinis appellatæ Acestides, per summa fastigia connexæ, etc. Marcellus quoque, ut in VV. LL. refertur, ἀκεστίδας esse tradidit Virgas veluti axes transversas aut regulas, qua voce Græci ab Acesta Siciliæ civitate plostelli genus axibus hujusmodi compactum vocabant. At ego satis mirari nequeo qui factum fuerit, ut hi interpretes non viderint αὗται ad præcedens καμίνων referri, ut sit αὗται αἱ κάμινοι.

[" Ἀκεστὴς, Valck. ad Il. 22. p. 61. Thom. M. 25. D et n.: 27. ad Phrynich. Ecl. 4. ad Lucian. 1, 341. Ἀκέστης, ἀκεστὴς, Phrynich. Ecl. 32. * Ἀκεσταῖος, Porson. Or. 1427. Monthly Review, Jan. 1799. p. 90." Schæf. Mss.]

" Ἀκεσταὶ, Hesychio sunt non solum οἱ ὄχοι, " Σικελικὰ ὀχήματα, sed etiam εὐίατοι, Facile sana" biles. Sed hoc posterius ἀκεσταὶ est fem. plurale " masculini ἀκέστας." " Ἀκέστας, Suidæ i. q. ἀκέ" στωρ, ἰατρὸς, Medicus. Sed forsan scribendum " oxytonws ἀκεστὰς, ut sit Doricum pro ἀκεστής."

Ἀνήκεστος, ὁ, ἡ, Insanabilis, Immedicabilis, ut ἀνήκεστον νόσημα, Morbus insanabilis, ἀνίατος. Dicitur et ἀνήκεστος διαφορὰ a Plut. Pericle, et ὀργὴ ἀνήκεστος ab Eodem in Coriolano, Dissidium et ira quibus nullum adhiberi remedium potest. Ego ἀνήκεστον in his aliisque hujusmodi locis existimo reddi posse Implacabile, cum Placare et inter se reconciliare dissidentes et iratos, sit velut Sanare dissidium et iram. Eodem vero sensu ἀνήκεστον Irreconciliabile verti etiam posset, si Lat. lingua pateretur. || Transfertur autem et ad alia, et dicitur ἀνήκεστον

κακὸν, Malum grave s. gravissimum, q. d. Malum e quo A sequatur damnum irreparabile. Vel, Malum inexpiabile. Isocr. Hel. Encomio, *Καὶ κακοῖς ἀνηκέστοις περιπεσόντος.* Idem in Panathenaico, *Οὐδ' ἄλλο οὐδὲν τῶν ἀνηκέστων κακῶν.* Citatur et ex Hesiod. (Th. 612.) *καὶ ἀνήκεστον κακόν ἐστι.* Ex Herod. autem, *ἀνήκεστον πάθος ἔρδειν*, pro Atrociter tractare. Apud Eund. in Thalia legitur *ἀνήκεστος λώβη* de Zopyro, pro Fœdissima, et qua nulla fœdior esse possit. Sicut et *ἀνήκεστον κακὸν*, Malum gravissimum s. maximum, et quo nullum majus esse queat, ducta a morbis metaphora, qui cum insanabiles sunt, pro gravissimis habentur. Sed quibusdam in locis puto *μηδὲν ἀνήκεστον* aptissime reddi posse, Nihil gravius, quibus verbis Latini sæpe utuntur cum verbo Consulere, ut Cic. ad Att. Quintum fratrem ames, neve quid eum patiare gravius consulere de se quam expediet sororis tuæ filio. Vide et alia exempla in Thes. L. L. a patre meo edito. Talis autem interpretatio huic Thuc. loco convenire videtur, 1, (132.) *Μὴ ταχεῖς εἶναι περὶ ἀνδρὸς Σπαρτιάτου*, B *ἄνευ ἀναμφισβητήτων τεκμηρίων, βουλεῦσαί τι ἀνήκεστον.* || Bud. *ἀνήκεστον* vult significare interdum Atrox et facinorosum, vel Inexpiabile, ut ap. Demosth. *Τοῦ μηδὲν ἀνήκεστον γενέσθαι*, ubi per *ἀνήκεστον* declarari cædes et homicidia: et sic ab eo sæpe accipi. Ibidem citat hæc ex Juliano, quæ ille scribit de morte Constantii loquens, *Ζῶμεν διὰ τοὺς θεοὺς ἐλευθερωθέντες τοῦ παθεῖν ἢ δρᾶσαι τὰ ἀνήκεστα*, eod. Bud. interpr. Deum benignitate non necesse fuit nobis aliquid indignum vel pati vel admittere. Sed v. Indignum non satis significans esse videtur ad exprimendam vim nomiuis *ἀνήκεστον*. Observandum est autem in hoc et in præcedente loco, sicut et passim in aliis ap. Gr. scriptt., *ἀνήκεστον* et *ἀνήκεστα* poni, non addito *κακὸν* et *κακά*. ['Ανήκεστον πῦρ, Soph. El. 888. *χαρὰ*, Aj. 52. *ἀνήκεστα πάσχειν*, Ultimo supplicio affici, Plut. Romulo 3. " Villoison. ad Longum p. 42. Ruhnk. Ep. Cr. 55. Pierson. ad Mær. 78. Brunck. El. 888. Valck. Hippol. p. 313. ad Herod. 628. Wakef. Phil. 186. Jacobs. Anim. C 216. ad Diod. S. 1, 558. Heyn. Hom. 4, 561. 5, 78. 6, 390. 7, 44. ad Dionys. H. 2, 800." Schæf. Mss.] " 'Ανάκεστος, Immedicabilis, Insanabilis, Incurabilis, " *ἀνίατος*, Erotian." [" Heyn. Hom. 5, 78. ad Mœrin 78." Schæf. Mss.]

'Ανηκέστως, Insanabiliter, Immedicabiliter, ut *ἀνηκέστως ἔχω*, Insanabili morbo teneor, s. laboro. ‖ 'Ανηκέστως, Atrocissime, Crudelissime, Exitialiter, q. d. Insanabili malo vel clade. Herod. 3, (155.) *Φὰς διὰ τοὺς πολιορκευμένους σεωυτὸν ἀνηκέστως διαθεῖναι.* Apud Plut., *Μήτε χρήσασθαί τινι τῶν ἐχθρῶν ἀνηκέστως* exp. Neque in quempiam inimicorum se crudelem præstare. [" Brunck. Aristoph. 2, 19." Schæf. Mss. Dem. Or. in Timarch. p. 175.]

[* 'Επανήκεστος, ὁ, ἡ, i. q. ἀνηκ. Joseph. 2. p. 25. Vitæ s. 52. *Παραινέσει χρησάμενος περὶ τοῦ μὴ πρὸς τὰς ὀργὰς, καὶ τὰς ἐπανηκέστους τιμωρίας ὀξέως φέρεσθαι.* Sed nobis suspecta est hæc lectio.]

[* Δυσήκεστος, ὁ, ἡ, Difficilis curatu. Hippocr. 467, 9. Epigr. ap. Jacobs. Exerc. 2, 203. *δυσηκέστων* D *ἥρπασαν ἐκ καμάτων.*]

" Εὐάκεστος, (ὁ, ἡ,) Medicatu curatuque facilis. " Hippocr. de Victu in Morbis acutis, *Οὐχ ὁμοίως* " *ταύτησιν ἀνήκεστοί εἰσιν, ἀλλὰ πολλῷ εὐακεστότεραι*," [372, 43.]

'ΑΚΟΥΩ, f. ἀκούσομαι, a pass. [med.] voce sumtum, ut ἐπαινέσομαι fere semper pro ἐπαινέσω dicitur, et alia multa. Fut. 2, ἀκοῶ, p. ἤκουκα. Sed usurpatur potius medium Atticum ἀκήκοα : nam commune est ἤκοα. Aor. 1. ἤκουσα. 2. ἤκοον, minus usitatus. Aor. 2. pass. ἠκόην, unde fut. 2. ἀκοήσομαι, ut a 1. ἠκούσθην, ἀκουσθήσομαι : at fut. 2. med. ἀκοοῦμαι. Est autem ἀκούω Audio. Quidam Grammatici inter ἀκούω et ἀκροῶμαι hoc discrimen statuerunt, ut ἀκούω esset sensus, ἀκροῶμαι studii : sed hæc differentia nimium signif. verbi ἀκούω restringit. Jungitur autem personæ quidem genitivo soli, rei autem genitivo, vel accusativo. Nam quod Grammatici quidam tradunt, ἀκούω, quando jungitur cum persona sola, vel re sola, genitivum exigere : si autem cum utroque simul jungatur, tunc personam in genitivo et rem in accusativo poni, hoc nequaquam perpetuo observatum reperitur. Usitata autem constructio ex iis, quæ subjungam exemplis, patebit. Primum igitur personæ genitivo, ut Il. Τ. (256.) ἀκούοντες βασιλῆος. Xen. (Mem. 2, 6, 31.) Καὶ ἀκούοντας αὐτῶν (τῶν Σειρήνων) κηλεῖσθαι. Sæpe cum participiis, Od. Θ. (95.) βαρὺ δὲ στενάχοντος ἄκουσεν : Β. (423.) τοὶ δ' ὀτρύνοντος ἄκουσαν : Θ. (564.) πατρὸς ἐγὼν εἰπόντος ἄκουσα. Dem. Epit. Ἄλλου γε λέγοντος χαίρουσιν ἀκούοντες. Apud Athen. 12. Αὐτός δέ σου διηγουμένου ἀκούων πεπονηκέναι τὴν πλευρὰν, Audiens te narrantem. Xen. Ἤκουσα αὐτοῦ καὶ περὶ φίλων διαλεγομένου, Audivi ipsum de amicis etiam disserentem. Qui genitivus participii in verbale nomen resolvi posset, hoc modo, Ἤκουσα τῆς αὐτοῦ καὶ περὶ φίλων διαλέξεως, Audivi ejus dissertationem etiam de amicis. Demosth. pro Cor. (227.) 'Ακοῦσαί μου περὶ τῶν κατηγορημένων ἀπολογουμένου δικαίως, Audire me ad ea, quæ mihi objecta sunt, respondentem : vel, Meipsum defendentem adversus ea, de quibus accusatus sum. Possit autem hoc itidem participium in nomen verbale resolvi tam Græce, quam Latine, ut, 'Ακοῦσαί μου τὸν περὶ τῶν κατηγορημένων ἀπολογισμὸν, vel τὴν ἀπολογίαν. Latine autem, Audire meam defensionem adversus &c. ‖ Rei autem genitivo jungitur pariter et accusativo, uti dixi : etsi frequentius genitivo. Lucian. ἐν 'Αλιεῖ, Καθήμεθα ἕτοιμοι ἀκούειν τῶν λόγων. Ibid., 'Ακούσας τοῦ μύθου. Plut. Othone, Ἤκουσε θορύβου καὶ βοῆς ἐπὶ θύρας, Pro foribus tumultum et clamorem audiit. Xen., 'Ακούων τὰ ἀκουστὰ, Audiens ea, quæ sub auditum cadunt. Isocr. de Pace, Ἐν γὰρ ἀκούσαντες, γνώσεσθε καὶ περὶ τῶν ἄλλων. Lucian. Somnio, Τὰ δὲ μετὰ ταῦτα οὐκέτι εὐκαταφρόνητα ἀκούσεσθε. Sic ἀκούειν φωνήν τινος, Demostheni pro Cor., item Isocrati. Apud Hom. quidem certe hunc casum habere solet, videlicet accus., ut Il. Υ. (318.) Αὐτὰρ ἐπεὶ τό γ' ἄκουσε : Ξ. (125.) τὰ δὲ μέλλετ' ἀκουέμεν : Od. Γ. (94.) ἢ ἄλλου μῦθον ἄκουσας : Il. Φ. (98.) ἀμείλικτον δ' ὄπ' ἄκουσεν. Itidem Hesiod. Th. (701.) ἠδ' οὔασιν ὄσσαν ἀκοῦσαι. ‖ At cum persona et re junctum ἀκούω, gen. personæ et accus. rei habet. Xen. Τοῦτο πολλῶν ἔφη ἀκούειν, Hoc se e multis audire dicebat. Plut. Camillo, Πολλὰ δὲ τῶν καθ' ἡμᾶς ἀκηκοότες ἀνθρώπων. Demosth. pro Cor., Ἅπερ εἰκότως ἀκούσεσθέ μου, Quæ merito de me vel e me audietis. Plato Apol., 'Υμεῖς δέ μου ἀκούσεσθε πᾶσαν τὴν ἀλήθειαν. Interdum vero interjicitur præpos. παρὰ vel πρὸς, ut, τοῦτο ἀκούω παρά σου, vel πρός σου. Herod. 1. Ἤκουσε πρὸς τοῦ βουκόλου τὸ πρῆγμα. Interdum accus. in nominativum mutatur, posito videlicet verbo substantivo. Plato Epist. 7. Αἳ δὲ ἦσαν βουλήσεις, ἀκηκόατε παρ' ἐμοῦ σαφῶς. Poterat tamen dicere, Τὰς οὔσας βουλήσεις ἀκηκόατε παρ' ἐμοῦ. Et vicissim Herodoto licebat ita loqui, Ἤκουσε πρὸς τοῦ βουκόλου ὃ ἦν τὸ πρῆγμα. Cum autem ponitur ἀκούω cum præpos. περὶ, tunc non ad ipsum ἀκούω, sed ad genitivum illa

A fertur : unde etiam genitivo postponitur interdum. Dicitur enim, 'Ακούω ταῦτα περί σου, 'Ακούω ταῦτα περὶ τῶν πραγμάτων, et, 'Ακούω ταῦτά σου πέρι, 'Ακούω ταῦτα τῶν πραγμάτων πέρι. Interdum vero genitivo personæ jungitur ἀκούω, addito participio ejusdem casus, ad quod præpos. περὶ tendit, ut ap. Xenoph., Ἤκουσα αὐτοῦ καὶ περὶ φίλων διαλεγομένου. Ponitur tamen interdum περὶ post ἀκούω, etiam non præcedente accus. Isocr. ad Phil., Οἶμαί σοι συμφέρειν ἀκοῦσαι περὶ αὐτῶν. Sed in hac phrasi et aliis hujusmodi, accus. e re ipsa petitus, subaudiendus relinquitur. ‖ Notandum est autem, ut cum dicitur ἀκούω σου τοῦτο vel παρά σου, vel πρός σου, tunc ἀκούω σου, quoniam addimus gen. personæ, simul et accus. rei, non vertitur Audio te, sed E te : ita etiam nonnunquam ἀκούω reddi, etiamsi gen. duntaxat personæ habeat. Quibus in ll. sequi solet fere particula ὡς, vel ὅτι : ut, 'Ακούω ἐκείνου, ὅτι ταῦτα οὕτω γέγονεν, ad verbum, Audio ex illo, quod hæc ita facta sint. Sed Latine per infin. loquendum est, Audio ex illo
B ita hæc esse facta. Demosth. Ol. 1. Ἤκουον δ' ἔγωγε τινῶν ὡς οὐδὲ δώσειεν. ‖ Jungitur etiam participio v. ἀκούω, ut, 'Ακούω σε ὄντα, posito ὄντα pro εἶναι, Audio te esse, ut videlicet dicitur, Οἶδά σε ὄντα. Demosth. pro Cor., Οὐκ ἂν αὐτὸν ἠκούομεν ἐν 'Ελατείᾳ ὄντα. ‖ Reperiuntur etiam hæ verbi ἀκούω constructiones, notandæ potius quam imitandæ, utpote rarissimæ et licentiosius positæ : ἀκούω videlicet uno in loco cum dat. personæ, in alio cum accus. itidem personæ junctum. Il. Π. (515.) δύνασαι δέ τε πάντοσ' ἀκούειν 'Ανέρι κηδομένῳ, ubi ἀντίπτωσιν agnoscit Eust. At ap. Soph. El., Scholiastes vult τίνι ἀκούσαιμι pro παρά τινος esse positum. Cum accus. autem personæ, ut in opusc. de Herone et Leandro, quod falso veteri Musæo ascribitur : Νηχόμενόν τε Λέανδρον ὁμοῦ καὶ λύχνον ἀκούω. Sed ita accipiendum est ἀκούω νηχόμενον Λέανδρον, quasi dixisset ἀκούω τὴν νῆξιν τοῦ Λεάνδρου. Alioqui certe dura est illa constr. : durior etiam foret si quis diceret ἀκούω λέγοντα pro λέγοντος. Illud autem ἀκούω τὴν
C νῆξιν τοῦ Λεάνδρου, ad verbum, Audio natationem Leandri : intellige pro Audio strepitum s. sonitum natationis Leandri, vel potius natantis Leandri. Nam posset etiam accipi pro Fando audio, Fando accipio natationem Leandri, de qua signif. verbi ἀκούω paulo post dicetur. ‖ Ponitur ἀκούω etiam absolute nonnunquam. Il. Ο. (129.) Οὔατ' ἀκουέμεν ἐστί. Participium ἀκούοντες, Auditores, ap. Demosth. Item ἀκούω absolute positum pro Audiendi sensu præditus sum, i. e. auditu.

'Ακούω ταῦτα πρός σου, Audio hæc e te, pro Tu mihi hæc dicis, quo etiam modo Audio Latini usurpant. Soph., Ταῦτ' οὐκ ἀκούειν μεγάλα πρὸς δούλων κακά ; Hæc nos audire a servis, i. e. Hæc nobis dici a servis. Hesiod. Ἔργ. (2, 339.) Εἰ δὲ κακὸν εἴποις, τάχα κ' αὐτὸς μεῖζον ἀκούσαις, Si malum verbum alii dixeris, statim ipse aliud pejus audies i. e. tibi dicetur. Hom. eandem sententiam et eadem forma exprimens, composito ἐπακούειν usus erat : Il. Υ. (250.) Ὁπποῖόν κ' εἴπησθα ἔπος, τοῖόν κ' ἐπακούσαις. Sic
D autem, uti dixi, Latini quoque suum Audio usurpant. Terent. Andr. (5, 4, 17.) Si mihi pergit quæ vult dicere, quæ non vult audiet. Itidem in Proverbio, quod tanquam triviale refert Hieron., Cum dixeris quæ vis, audies quæ noles. Quod sumtum esse atque adeo translatum ex Alcæo (Fr. 82. Blomf.) existimo : Αἴκ' εἴποις τὰ θέλεις, ἀκούσαις τά κ' οὐ θέλοις. Unde et Plut., Λέγοντες ἃ θέλουσιν, ἀκούωσιν ἃ μὴ θέλουσιν. Erasmus tamen hac forma enuntiatum Proverbium a Græcis originem habere non putavit. Sciendum est autem huc referri debere et illum Aristoph. locum, χαίρω πόλλ' ἀκούων δὴ κακὰ, et exponi, Gaudeo, cum audio multa mala, i. e. cum mihi dicuntur. Nam cur ἀκούων hic exponant quidam ὀνομαζόμενος, et referant inter illa dicendi genera, ἀκούω χρηστὸς, ἀκούω κακὸς, non intelligo, cum in his ἀκούω nominativum habeat ; at in illo, accus. : nec possit negare quisquam, quin ἀκούων κακὰ ita dicatur, ut ἀκούειν κακὸν in illo versu Hes. modo citato.

'Ακούω, Fando audio, Fando accipio. Quæ tamen

signif. ab aliis non annotatur, Audio duntaxat ponentibus, quod generale est. Interdum cum infin. Il. Ω. (543.) Καί σε, γερὸν, τὸ πρὶν μὲν ἀκούομεν ὄλβιον εἶναι. Sæpe autem cum nomine accusativi casus. Lucian. adv. Indoct. Ἑλικῶνα μὲν γὰρ οὐδ' ἀκήκοας οἶμαί ποτε, Heliconem nunquam fando accepisti, Helicon tibi nunquam fando auditus est, Nunquam fando tuas pervenit ad aures Heliconis nomen. Dure enim hic dixeris Latine, Heliconem nunquam audisti, quasi videlicet Heliconem facias hominem. At in hujus interpretatione, Ἐδίδασκε δ' ὁ πατὴρ αὐτοῦ γράμματα, ὡς ἐγὼ τῶν πρεσβυτέρων ἀκούω, possit verbum Audio solum usurpari, vertendo, Ut ego de senioribus audio, vel e senioribus. In hoc itidem Xenoph. loco interpretando, Audio non male ponatur solum, K. Π. 1., Ἤκουσεν ἀνδρὸς ἤδη τὰ ἔργα διαπραττόμενον τὸν Κῦρον. Sed participium in infinitivum mutare oportebit, hoc modo, Cyrum jam res viro dignas gerere audivit. Potes etiam dicere, Intellexit, Accepit. Xen. Hell. 6. Ἀκούετε μὲν οὖν, εὖ οἶδ', ὅτι καὶ ὑμεῖς Ἰάσονος ὄνομα, Fando auditis, Fando accipitis vos quoque, sat scio, Jasonis nomen. Idem participium ἀκούων absolute posuit pro eo, quod est Ex auditu, Ex iis quæ fando audieram: Hell. 6. Πρόσθεν μὲν ἀκούων ἐζήλουν τήνδε τὴν πόλιν ὅτι πάντας ——, νῦν δ' οὐκέτ' ἀκούω, ἀλλ' αὐτὸς ἤδη παρὼν ὁρῶ, Antea quidem ex iis, quæ fando acceperam, civitatem hanc fortunatam esse dicebam, quod omnes ——, nunc autem non jam fando audio, sed præsens cerno.

Ἀκούω, Audio, Auditor sum, Discipulus sum. Laërtius, Ἀναξιμένης Μιλήσιος ἤκουσεν Ἀναξιμάνδρου, ἔνιοι δὲ καὶ Παρμενίδου φασὶν ἀκοῦσαι, pro eo quod est Παρμενίδῃ σχολάσαι. Idem et composito Διακούω interdum significatur, ut ap. Plut. Pericle, διήκουσε Ζήνωνος, Zenonis fuit auditor s. discipulus. Idem in Themistocle, Ἀναξαγόρου διακοῦσαι τὸν Θεμιστοκλέα φησί.

Ἀκούω, Audio, Dicto sum audiens, Ausculto, i. e. Obtempero, Pareo. Demosth. ad Lept. Καὶ πρότερον τοῖς ἄλλοις ἐπιτάττοντας (Λακεδαιμονίους) εἴθισεν ἀκούειν ὑμῶν, Et Lacedæmonios prius aliis imperantes, vobis dicto audientes esse assuefecit. Aristid. Panath. Τοὺς τὴν Ἀσίαν οἰκοῦντας Ἕλληνας ἀκούειν βασιλέως. Plut. Lycurgo, Οὐκ ἀκούειν ὑπομένουσι τῶν προστατεῖν μὴ δυναμένων, Imperare nescientibus parere non sustinent. Sic ap. Soph. Ajace, τοῖς ἀκούουσι λέγε, i. e. τοῖς πειθομένοις, ut inquit Schol., Iis qui tibi dicto audientes sunt. Quidam tamen vertunt, Iis qui moventur; sed illi viderint. ‖ Huic significationi finitima est, quæ a Bud. annotatur, pro Jubeor. Themist. in primum Anal. poster. Οὐδεὶς οὖν οἰκέτης ὁμόγλωττος ἄνθρωπον ἀκούσας ἀγαγεῖν, ἵππον ἤγαγεν. Possit fortasse accipi et in ea signif., quæ paulo ante annotata est, Audio hoc, pro Hoc mihi dicitur, ut sit, Nullus famulus, cui dictum sit ut adducat famulum, equum adduxit.

Ἀκούω, Audio, pro Intelligo et interpretor, ut docet Bud. Galenus in Meth. 10. Ἁπλοῦν δὲ ὅταν εἴπω, ῥόδινον ἢ ἄλλο τι τῶν τοιούτων ἀκούειν σε χρή. Themist. in 2 de Anima, genitivo junxit hac in signif., Ἁπλούστερον ἀκουστέον τούτων ἁπάντων τῶν ὀνομάτων, Hæc simplicius intelligenda.

Ἀκούω, Audio, i. e. Vocor, Appellor, Dicor. Item, ἀκούω εἶναι, Feror esse. Cum nominativo, ἐσθλὸς ἀκούω, ap. Theocr. (16, 30.), Probus vocor s. dicor. Demosth. pro Cor. (241.) Νῦν κόλακες καὶ θεοῖς ἐχθροὶ καὶ τἄλλα ἃ προσήκει πάντα ἀκούουσι, Nunc appellantur adulatores, et diis invisi. Lucian., Οὐδ' ἀναίνομαι πηλοπλάθος ἀκούειν, Neque recuso figulus appellari. Item cum nominativo participii. Huc autem non pertinere exemplum hoc ex Aristoph., χαίρω πολλ' ἀκούων δὴ κακά, docui antea. ‖ Cum infin., habente nominativum, ap. Herod., Τότε γὰρ Ἀργεῖοι ἤκουον εἶναι μουσικῶν πρῶτοι. Greg. Naz. de Filio, Σαμαρείτης ἀκούει καὶ δαιμονῶν. ‖ Cum adverbiis κακῶς et εὖ sæpe etiam usurpatur, eodem modo quo dicunt Lat. Male audio, Bene audio. Dicitur autem κακῶς ἀκούω ὑπὸ τούτου, itidem etiam ut ap. Latinos Male audio ab hoc, pro Vituperor. Isocr. Busiride, Κακῶς ὑπὸ τῶν πολιτῶν ἀκούειν, Male audire a civibus. Dicitur etiam κακῶς ἀκούειν ἐν λόγοις τινὸς, ap. Lucian., Male audire in sermonibus alicujus. i. Vituperari sermonibus alicujus. Apud Plut. Pericle additur participium, Ὁ μὲν δῆμος ἀδοξεῖ καὶ κακῶς ἀκούει μεταγαγὼν, pro διὰ τὸ μεταγαγεῖν. ‖ Contrarium εὖ ἀκούω, Bene audio, Laudor. Plut. Pericle, Ὁ μὲν δῆμος ἀδοξεῖ καὶ κακῶς ἀκούει. Plato Dionysio, Οἱ δ' ἐπιεικέστατοι πᾶν ποιοῦσιν, ὅπως ἂν εἰς τὸν ἔπειτα χρόνον εὖ ἀκούωσι, Ut celebretur eorum memoria. Sic ἄμεινον ἀκούειν ap. Thuc. 3. Εὐπρεπείᾳ δὲ λόγου οἷς ξυμβαίη ἐπιφθόνως τι διαπράξασθαι, ἄμεινον ἤκουον. Ubi quidam ἄμεινον ἤκουον jungunt cum εὐπρεπείᾳ λόγου: at Schol. exp., Οἷς τισὶ δὲ συνέβαινεν ἐξαπατῆσαι διὰ λόγου τινὸς εὐπρεποῦς πρᾶξαί τι γενναῖον, οὗτοι ἐπῃνοῦντο.

Ἀκούομαι passiv., Audior, ut ἀκούω, Audio, in prima et propria signif. Il. Δ. (331.) οὐ γάρ πώ σφιν ἀκούετο λαὸς ἀϋτῆς. Plut. de Audiendo, Οἱ δὲ εἰσὶν ἀντικόπτοντες, οὔτε ἀκούοντες, οὔτε ἀκουόμενοι. ‖ Item Ἀκούομαι valde nove usurpatum pro ἀκούω, in eo loquendi genere, quo pro Appellor s. *Dicor usurpatur*, ut χρηστὸς ἀκούω. Phalaris in fine Epist. ad Messenios, Ἢ τυραννοκτόνοι Φαλάριδος ἀκουσθῆναι.

" Ἀκοῶ, fut. 2. act. verbi ἀκούω, unde aor. 2. ἤκοον. " Media autem voce ἀκοοῦμαι facit, unde aor. 2. " ἠκοόμην." " Ἀκουέμεν, Doricum est pro ἀκούειν, " Audire." " Ἄκουκα, Dorice pro ἤκουκα, ap. Plut. in Lyc. (Ages. 21.)"

[" Ἀκούω, ad Charit. 414. Wakef. Eumen. 114. Wakef. Phil. 457. ad Lucian. 2, 190. ad Il. Π. 515. Fischer. Ind. Palæph. ad Xenoph. Ephes. 239. Toup. Emend. 2, 569. ad Herod. 493. Ἀκούω unde? ad Herod. 337. De act., pass. et med., Valck. ad Phalar. p. xxii. ad Herod. 231. De fut., Kuster. V. M. 143. Stephan. Dial. 15. Brunck. Soph. 3, 495. ad Lucian. 3, 569. Jacobs. Anth. 12, 350. Lobeck. Ajac. p. 396. Muller. ad Lycophr. p. 71. ad Thom. M. 7. Valck. Phœn. p. 556. ad Phalar. (l. c.) Xenopho Ephes. p. 29. Herod. 11. 514. Zeun. ad Cyrop. 377. Lucian. 1, 537. Intelligo, Interpretor, Sentio, Jacobs. Anth. 7, 357. T. H. ad Plutum p. 7. Brunck. Soph. 3, 509. Heyn. Hom. 5, 558. 6, 647. Valck. ad Il. 22. p. 97. Wolf. ad Hesiod. p. 73. Vocor, Appellor, Dicor, ἐσθλὸς, ἀγαθὸς, κακῶς ἀκούω, Toup. Add. in Theocr. 399. Valck. Callim. 112.; ad Phœn. p. 100.; ad Phalar. p. xxii. et p. 315. ad Lucian. 1, 259. 694. Boissonad. in Philostr. 307. Jacobs. Anth. 11, 395. (' Nonn. Dionys. 2, 50.' Wakef. Mss.) Οἱ ἀκούοντες, Lectores, Dionys. H. 1, 120. 172. De constr., Boissonad. in Philostr. 647. Lobeck. Ajac. p. 331. Brunck. ad Æsch. S. c. Th. 205. Pierson. Veris. p. 24. 80. Valck. Hippol. p. 175. Ruhnk. ad Xen. Mem. 232. ad Od. M. 198. Sequ. infin., ad Xen. Mem. 3, 1, 1. De fut. et aor., vide ad Ἀπολαύω. Ἀκούειν λέγοντός τινος, Achill. Tat. 27. De ludis scenicis, Herodian. Philet. 438. et n. Cum gen. rei, quam audimus, Musgr. Phœn. p. 224. a. Ἀκουσόμενος, Lennep. ad Phalar. p. 25. Ἀκουσόμαι, Soph. Antig. 1191. Ajac. 1141. et Brunck. Ἀκούεις, vi præteriti, ad Xenoph. Eph. 213. Lucian. 1, 396. (Odyss. 18, 126. ἀκούω?) Charito p. 22. Ἀκούω τι, dicitur aliquid de me, Wyttenb. Select. 413. Audiens sum dicto, Græv. Lect. Hesiod. 534. 540. Musgr. Hel. 739. Hel. 1431. Lucian. 3, 518. (' Arrian. Ind. 1.' Wakef. Mss.) Ἀκούεις δὴ, Heindorf. ad Plat. Theæt. 296. Ἄκουε δὴ, Boissonad. in Philostr. 350. Ἀκούειν et ἰδεῖν juncta, Boissonad. l. c. 299. Εἴ τινα ἀκούεις, ad Charit. 592. Antip. Th. 67. Erycius 15. Boissonad. l. c. 397. Xen. Anab. 1, 9, 28. 2, 5, 29. Alciphro 2, 120. Wagner. Heindorf. ad Plat. Gorg. 195. Οὐκ ἀκούεις; Heindorf. l. c. ubi de simili Ἀκούοντα μὴ ἀκούειν, Coray Theophr. 170. Cum dat., Jacobs. Anth. 7, 242. Heyn. Hom. 7, 230. Lego, ducta inde significatione, quod olim anagnostis utebantur, ἀκούομεν Ὁμήρου, vel τῶν ποιητῶν, Discimus ab Hom., Poëtæ nobis auctores sunt, Penzil. ad Strabon. 1, 333. Weisk. ad Longin. 361. Med., Stephan. Dial. 15. 65. Heyn. Hom. 4, 618. Ἠκηκόη, Brunck. Aristoph. 2, 234. Ἀκουσώμεθα, Aristoph. Fr. 22.

'Ακούειν παντόσε, Heyn. Hom. 7, 230. 'Ακούειν τινὰ, sic Lat. Audire aliquem, Goerenz. ad Cic. Acad. 2. p. 8. b. 'Ακούω, cum gen., Bast Lettre 125. Boissonad. in Philostr. 444.: Philostr. 106. Ταὐτὸν δ' ἀκούειν, Soph. Œd. T. 1204. 'Ακούειν μὲν οὕτως, Bast Lettre 31. Demosth. 1, 355. Οὐκ ἀηδῶς ἀκοῦσαι, Plato Phædr. 311. Heindorf. (? Lys. p. 13. ἀξίως ἀκοῦσαι.) Novi, Teneo, Heyn. Hom. 6, 545." Schæf. Mss.]

['Ακούω. Glossæ: 'Ακούω· Audio, Ausculto. 'Ακούει· Accipit, Audit. "Ακουε· Audi. 'Ακουσθήσεται· Audietur. "Fando audio, Fando accipio. Aristoph. Thesm. 164. Καὶ Φρύνιχος· τοῦτον γὰρ οὖν ἀκήκοας· Αὐτός τε καλὸς ἦν, καὶ καλῶς ἠμπέσχετο, ubi τοῦτον pro περὶ τούτου." Seager. Mss. "Rei genit. et accus. 'Ακοῦσαι τούτων, Herod. 2, 114. ἀκούσαι ταῦτα, 2, 115. ἀκούσαντα πρὸς σεῦ κακῶς, 7, 16. ἄμεινον σὺ ἂν ἤκουες, 2, 173." Schweigh. Mss. Moschus 3, 126. ἀκουσαίμαν. Lucian. Paras. 10., Οὐχ οἷον ἀκούειν αὐτῶν. Dio 51, 20. "Οσα ἔθνη τῶν 'Ρωμαίων ἀκούει. Soph. Œd. C. 988. 'Αλλ' οὐ γὰρ οὔτ' ἐν τοῖσδ' ἀκούσομαι κακὸς Γάμοισιν. Herod. 3, 131. "Ηκουον εἶναι πρῶτοι, Dicebantur esse. 'Ακούω τινὶ, pro ὑπό τινος, Soph. El. 221. "Εκτωρ Αἴαντος ἄκουσε, Pind. Nem. 2, 21.]

'Ακουστέον, adv. positionis, Audire oportet, Audiendum est. || 'Ακουστέον, Audiendum est, pro Obediendum, Parendum, cum gen., ap. Eurip. [Iph. A. 1010. Soph. El. 340.] Sic ap. Herod. (3, 61.) 'Ως Σμέρδιος τοῦ Κύρου ἀκουστέα εἴη τοῦ λοιποῦ, ubi ἀκουστέα pro ἀκουστέον positum est. ["Lucian. 1, 779. ad 2, 318. 322. Heyn. Hom. 4, 555." Schæf. Mss. "Artem. Schol. Pind. Philo J." Wakef. Mss.]

[* "Ακουσις, ἡ, Auditio. "Thom. M. 29. * 'Ακούσιμος, (ὁ, ἡ,) Brunck. Soph. 3, 495." Schæf. Mss.]

¶ "Ακουσμα, τὸ, i. q. ἀκρόαμα, Res quæ auditur, eo videlicet modo, quo Spectaculum a Latinis appellatur Res quæ spectatur, et a Græcis itidem θέαμα. Apud Xen. Hierone, ἔπαινος, Laus, dicitur esse ἥδιστον ἄκουσμα, h. e. Res auditu s. ad audiendum vel audientibus jucundissima, Res cujus auditio summopere delectat et est jucundissima, vel Jucundissima auditio, accipiendo Auditionem pro Audimento, ut ita dicam. Sic ἀκούσματα τερπνὰ, Auditiones delectabiles. Herodian., Πᾶν ὅπερ ἐκεῖνος δι' ἡδονῆς ἔσχε θέαμα ἢ ἄκουσμα διεφθείρετο. Lucian. Nigrino, Τοσούτοις δὲ θεάμασί τε καὶ ἀκούσμασι, Tot spectaculis et auditionibus. Idem in Act. Vocalium, Καὶ οἰστὸν ἦν μοι τὸ ἄκουσμα, Et tolerabilis erat mihi auditio, vel Et auditio hujus rei mihi erat tolerabilis. Nam Auditio proprie ipsam audiendi actionem significat. Existimo tamen et pro Re quæ auditur, posse usurpari, quemadmodum usurpavi modo, cum auditionem jucundissimam appellavi laudem, Xenoph. locum interpretans. Nam cum dicunt Latini Fictas auditiones, Falsas auditiones, non video quomodo quis Auditiones aliter quam pro Rebus, quæ audiuntur, intelligere possit. Cicero tamen Gr. vocem usurpavit, Ep. ad Att. 12, 3. Hoc ipsum tamen iis odiosum ἄκουσμα sit. || "Ακουσμα, Auditio discipuli, et ἀκούσματα, Auditiones discipuli, i. e. quæ audit discipulus e præceptore, eodem videlicet modo quo Auditor Platonis appellatur Discipulus, ἀκουστὴς Πλάτωνος. Quidam ἀκούσματα in hoc Isocr. ad Dem. loco exp. Præcepta, 'Ηγοῦ τῶν ἀκουσμάτων πολλὰ πολλῶν εἶναι χρημάτων κρείττω, Existima multa e præceptis esse multis pecuniis potiora. Idem, Τὸν μὴ πολλῶν καὶ καλῶν ἀκουσμάτων πεπληρωμένον. Quidam in illo priori loco Disciplinas interpr. male, meo quidem judicio. Si autem Præceptum interpretari velimus, accipiemus Præceptum non præceptoris tantum, sed late cujuslibet, ut videlicet sint ἀκούσματα Quæcunque ad nos instituendos a quolibet viva voce nobis traduntur. || "Ακουσμα videtur accipi pro Persona quæ auditur, ap. Athen. 6. Sic ἀκρόαμα.

"Ακουσμα, Fama, Rumor. Hesych. "Ακουσμα· φήμη. Eodem modo et Lat. Auditio usurpatur. Interdum etiam copulantur Fama et auditio, Rumor atque auditio. In plur. quoque Auditiones pro Rumoribus dicuntur, cum ab aliis, tum a Cicerone.

"Ακουσμα, annotatur a quibusdam significare etiam Auditionem, i. e. Audiendi actum; sed exemplum desidero.

[""Ακουσμα, Mœris 67. et n. Thom. M. 29. Plut. Mor. 1, 23. ad Xenoph. Eph. 128. ad Lucian. 1, 256." Schæf. Mss. "Ηδιστον ἄκουσμα, Xen. Mem. 2, 1, 31. Dio Cass. 52, 30. ""Ακουσμα, ut ἀκρόαμα, de Persona, quæ auditur. Posidon. ap. Athen. 246. Τὰ ἀκούσματα αὐτῶν εἰσὶν οἱ καλούμενοι Βάρδοι. Sic et Athen. 211. Cantores et musici." Schweigh. Mss. Glossæ: "Ακουσμα· Auditio.]

'Ακουσμάτιον, (τὸ,) Auditiuncula, quo deminutivo Gellius utitur. Exp. etiam Narratiuncula, item Sermunculus. Lucian. Philop. (3, 604.) 'Αλλ' ἄγε δὴ τὸ θαυμάσιον ἐκεῖνο ἀκουσμάτιον ᾆσον, ubi explicatur Cantiuncula, propter ᾆσον.

[* 'Ακουσματικὸς, ἡ, ὸν, i. q. seq. voc. ἀκουστὴς, inquit Schneider. Lex. afferens Jambl. Stobæi Ecl. Phys. 862. "Porphyr. V. P. 37. (43. 84.) Clem. Alex. Str. 5, 9." Kall. Mss. "Villoison. Anecd. Gr. 2, 216." Wakef. Mss.]

¶ 'Ακουστὴς, οῦ, ὁ, Auditor, Qui audit. Isocr. ad Nic. "Ωστε μὴ ἀκουστὰς ἡμῖν, ἀλλὰ καὶ θεατὰς γεγενῆσθαι. || Item 'Ακουστὴς, Auditor, i. e. discipulus. Dionys. H. de Isocr., Γενόμενος ἀκουστὴς Προδίκου τοῦ Κείου καὶ Γοργίου τοῦ Λεοντίνου. ["Athen. 83." Wakef. Mss. "Rittersh. ad Porphyr. V. P. p. 32. Kust." Schæf. Mss.]

'Αξιάκουστος, ὁ, ἡ, Auditu dignus, ut ἀξιοθέατος, Spectatu dignus. Xen. (Œcon. 8, 3.) 'Αξιοθέατοί τε καὶ ἀξιάκουστοι, Digni qui spectentur, et digni qui audiuntur. 'Αξιάκουστον exp. etiam Memorabile, quia quod est memorabile, auditu dignum est.

'Ακουστὸς, (ἡ, ὸν,) Audibilis, ad verbum, Sub auditum cadens, Qui audiri potest s. auditu percipi. Xen. K. Π. 1. 'Αλλὰ καὶ αὐτὸς ὁρῶν τὰ ὁρατὰ καὶ ἀκούων τὰ ἀκουστὰ, γινώσκῃς, interpretando ad verbum, Sed etiam ipse videns visibilia et audiens audibilia, cognoscas. Isocr. ad Nic., "Ωστε μὴ μόνον ἀκουστοὺς ἡμῖν, ἀλλὰ καὶ θεατοὺς γεγενῆσθαι. Cic. ἀκουστὸν οὐδὲν vertit Nihil quod audiretur. Vide meum Cic. Lex. Gr. Lat. [Hom. Hymn. 2, 509. Eur. Hel. 669. "Brunck. Andr. 1081. Brunck. Soph. 3, 495. Dawes. Misc. Crit. 360." Schæf. Mss. "Soph. Œd. T. 1312." Seager. Mss. "Eurip. Dict. Fr. 13." Wakef. Mss.]

'Ανήκουστος, ὁ, ἡ, Non exaudibilis, q. d. Inaudibilis, Qui audiri non potest. In VV. autem LL. exp. Non auditus, vel Non audiens. || 'Ανήκουστον, ait Bud., pro Non auscultandum, et idem fere quod ἀτέλεστον, Non perficiendum, Non concedendum, in hoc Antiph. loco, Δεήσεται ἀθέμιστα καὶ ἀτέλεστα καὶ ἀνήκουστα καὶ θεοῖς καὶ ὑμῖν. In VV. LL. citatur ex Epigr. ἀνήκουστα πάθη pro Non obedientia. [Soph. El. 1524. Eur. Hippol. 362. Lex. Xenoph. "Ignarus, Suid. 1, 505. Arat. 35." Wakef. Mss.] HINC 'Ανηκουστία, (ἡ,) Contumacia, q. d. Pervicacia, Contemtus s. Dedignatio aurem præbendi: citatur e Plat. de LL. 2. (p. 671.) Παῤῥησίας ἐμπίπλαται καὶ ἀνηκουστίας ἐν τῷ τοιούτῳ τῶν πέλας. Citatur et e lib. 6. [p. 782. Hippocr. 488=159. "Plut. 2, 12." Wakef. Mss.] ET 'Ανηκουστέω, proprie quidem Non audio, sed capitur pro Non obtempero, Non sum dicto audiens, Non ausculto. Il. O. (236.) οὐδ' ἄρα πατρὸς ἀνηκούστησεν 'Απόλλων. [Herod. 6, 14. 7, 17. Thuc. 1, 84. "Ad Herod. 445. Act. Traj. 1, 187." Schæf. Mss. "Dio Cassius 262. Æsch. Prom. 40." Wakef. Mss.] PRO QUO poëtæ dicunt etiam Νηκουστέω, ut Il. Υ. 13. οὐδ' ἐνοσίχθων Νηκούστησε θεᾶς. [ET * Νήκουστος, ὁ, ἡ, Arat. 173.]

'Ανάκουστος etiam et 'Ανακουστέω, pro eadem signif., qua ἀνήκουστος et ἀνηκουστέω, habentur in VV. LL., sed exemplum desidero.

[* "Εὐάκουστος, (ὁ, ἡ,) Euseb. H. E. 64." Kall. Mss.]

[* "Ξενήκουστος, (ὁ, ἡ,) Herodian. Epimer. 3. (Οὐδὲν δὲ τῶν πάνυ * καινολέκτων καὶ ξενηκούστων λαμβάνομεν.)" Boissonad. Mss. "Nicet. Ann. 10, 2." Kall. Mss.]

[* "'Οξυήκουστος, (ὁ, ἡ,) Sext. Emp. adv. M. p. 320." Wakef. Mss.]

'Ακουστικὸς, (ἡ, ὸν,) Auditorius, Ad auditum pertinens s. sensum audiendi, ut ἀκουστικὴ αἴσθησις,

Plut. Auditus sensus, s. Audiendi, Auditorius sensus, s. Auditivus, si hæc Latine dici possent. Sic πόρος ἀκουστικὸς appellatur Foramen teres, quod est in medio aurium, ad verbum, Meatus auditorius. Per periphrasin, meatus auditui accommodatus. Itidem νεῦρον ἀκουστικὸν ap. Alex. Aphrod. ‖ Ἀκουστικὸς exp. etiam Auditu valens, Acri auditu præditus. ‖ Ἀκουστικοὶ appellabantur Pythagoræ discipuli illo quinquennio, quo taciti auscultabant. [" Callim. 1, 526." Schæf. Mss. " Audire volens, Jambl. V. P. 139." Wakef. Mss. Ετ * Ἀκουστικῶς, Attente, Ad audiendum parate. " Hesych." Wakef. Mss.]

Ἀκουστιάω, f. άσω, Audire cupio, q. d. Audituric. Ἀκουστιῶν Hesych. exp. ἀκουστικῶς ἔχων.

[* Ἀκουστείων· ἀντὶ τοῦ ἀκουσόμενος. Σοφοκλῆς. Bekkeri Συναγ. Λεξ. χρησ. " Verbum desiderativum, cujus similia multa collegit Pierson. ad Mœr. 14." Brunck. Mss. Vide Ἀγοραστείω.]

" Ἀκουὸς, habetur ap. Etym. et in Lex. meo vet. " sine expositione, cum hoc loco Callim. (T. 1. p. " 526.) ἀλλ' ἐπακουοὺς Οὐκ ἔσχεν, quod exp. ἐπακούοντας. Innuunt igitur, quemadmodum ab ἐπακούω " nominantur ἐπακουοὶ, οἱ ἐπακούοντες, ita ab ἀκούω " ἀκουοὶ, Auditores, οἱ ἀκούοντες. At ἄκουοι pro Au- " res, nescio unde afferant VV. LL." " Ἀκοὸν, Ety- " mologo ἐπήκοον καὶ ἀκουστικόν."

¶ Ἀκοὴ, ἡ, Auditus, Sensus audiendi, vel aurium, vel auditus, Facultas audiendi. Item Auditus, Auditio, i. e. Ipsa audiendi actio. Thuc. 7. Ἔκπληξίν τε ἅμα καὶ ἀποστέρησιν ἀκοῆς, Perterrefactionem simul et auditus privationem. Ἀκοῆς ἄξιος, Auditu dignus s. auditione, i. e. qui audiatur. Sic ἀκοῇ οἶδα, Auditu novi, pro Fando audivi, vel accepi. Thuc. 1. Μίνως γὰρ παλαίτατος ὧν ἀκοῇ ἴσμεν. Pro eodem dicitur et ἀκοῇ αἰσθάνομαι. Sed et pro ἀκοῇ οἶδα ponitur interdum, ni fallor, ἀκούσας οἶδα. Plut. de Audiendo, Ἅμα τῆς ἀκοῆς ἐξέῤῥη τὸ ἡδὺ, Simul auditionis voluptas effluxit, i. e. quæ audiendo s. auditu percipitur, vel ex auditione. ‖ Ἀκοὴ, Auris. Utplurimum autem in plur. ponitur ἀκοαὶ pro Auribus, ut ὄψεις, pro Oculis. Lucian. Philop. Τὰς ἀκοὰς ἀποφράττω, μή που ἔτι ἀκούσαιμι ταῦτα, Aures obturo, ne adhuc audiam ista. Æsch. in Ctesiph. Κλέπτοντες τὰς ἀκοὰς ὑμῶν, Obrepentes vestris auribus. ‖ Ἀκοὴ sing. num., Aures, Cic. interpr. Nam quod Plato Timæo dicit, Οὐδ' ἀκοῆς ἐπεδεῖτο, vertit, Nec auribus egebat. ‖ Ἀκοὴ, Auditio, i. e. Rumor, s. Fama. Plato Timæo, Ὁ δ' οὖν ἡμῖν λόγον εἰσηγήσατο ἐκ παλαιᾶς ἀκοῆς, E fama vetusta. Et hac in signif. numero etiam plurali usurpatur a Thuc. Τὰς ἀκοὰς τῶν προγεγενημένων παρ' ἀλλήλων δέχονται, Rumores rerum præteritarum, s. de rebus præteritis.

Ἀκοὴ, Obedientia, ut ἀκούειν diximus pro Obedire poni. Citatur ex 1 Reg. 16. Ἰδοὺ ἀκοὴ ὑπὲρ θυσίαν ἀγαθὴν, Ecce obedientia supra sacrificium bonum, i. e. potior sacrificio bono. Multo frequentius est compositum ὑπακοή.

Ἀκουὴ, ap. Hom. i. q. ἀκοὴ, Auditus, Auditio. Il. Π. (633.) ὀρυμαγδὸς ὄρωρεν Οὔρεος ἐν βήσσῃς· ἕκαθεν δέ τε γίνετ' ἀκουὴ, ubi notat Eust. ἀκουὴ Ionicum esse. Nam linguæ communis esse ἀκοὴ, ut βοὴ, ῥοή. Dicit etiam posse ἀκοὴ ex ἤκοα medio præterito esse formatum, ut ἀκουὴ ex ἀκούω. Od. Δ. (701.) ὁ δ' ἔβη μετὰ πατρὸς ἀκουὴν, Profectus est ad auditionem de patre, i. e. ut audiret aliquid de patre. Vel, ad famam de patre audiendam.

[" Ἀκοὴ, Thom. M. 632. Markl. Iph. p. 329. Musgr. Iph. T. 811. Wakef. Herc. 964. Musgr. 961. Wakef. 1421. Jacobs. Anth. 7, 375. Ἀκοῇ κλύειν, Wakef. Phil. 1412. Abresch. Æsch. 2, 71. Fac. ad Paus. 2, 51. Εἰς φωνῆς ἀκοὴν, Diod. S. 2, 349. Ἀκοὴν γ' ἔχω λέγειν, Plato Phædr. 339. Fama, Rumor, Boissonad. in Philostr. 397. Valck. Phœn. p. 308. Auris, Toup. ad Longin. 301. Valck. Callim. 244. Ἀκοῇ, ἀκοὴν, Wessel. ad Diod. S. 1. p. 45. Fac. ad Paus. 1, 444. Wessel. ad Herod. 288. ad Phalar. 177. 229. Valck. Callim. p. 136. Musgr. Orest. 1282. Ἀκουὴ, ad Xen. Mem. 1, 4, 6. Valck. Callim. 230. 242. 244. Wakef. Georg. 42. Christod. Ecphr. 326. 345. Jacobs. Anth. 11, 111." Schæf. Mss. Ἀκουὰ,

A Eurip. Dan. 50. Ind. in Demosth. Callim. H. in Jov. 65. Del. 180. Fr. 106. Glossæ: Ἀκοή· Auris, Auditus. Ἀκοαί· Aures, Auditus. * Ἀκοΐδιον· Auricula.]

" Ἀκοὴ, Arbor alias Thyia dicta ap. Theophr. H. " P. 8. ut annotant VV. LL. Sed infra" [supra] " scriptum ἀκόνη."

Ἀνήκοος, ὁ, ἡ, Qui non audit, vel Qui non audiit, Expers auditionis, ut ap. Xen. Ἐπαίνου ἑαυτῆς ἀνήκοος εἶ, Nullam tui laudem audis. In Sent. Monost., quæ Menandro ascribuntur, Εὐχῆς δικαίας οὐκ ἀνήκοος θεός. Sic ap. Plut. Μηδενὸς μηδὲ τῶν ἄλλων τῶν καλουμένων ἐγκυκλίων παιδευμάτων μήτε ἀνήκοον μήτε ἀθέατον ἐᾶν εἶναι. Interdum omittitur gen., ut, Οὐκ ἐάσεις ἀνήκοόν με ἀπελθεῖν, Non me sines priusquam te audiero, abire. ‖ Alicubi exp. etiam Ignarus, vel Imperitus, ut ap. Synes. de Insomn. Οὗτος φορτικῶς ὡμίλησε τῇ ποιήσει, καὶ ἀνήκοός ἐστι τῆς κατ' αὐτὴν φιλοσοφίας. Sic in hoc, qui a Suida ex innominato Auctore citatur loco, Λόγων ἐλευθερίων καὶ παιδείας

B ἀνήκοος ἦν. Sed plus est non audivisse quicquam aliqua de re quam ejus ignarum esse. ‖ In VV. LL. exp. etiam Qui audire et auscultare monenti non vult, Immorigerus. [" Ignarus, Plato Phædr. 259." Routh. Mss. Xen. Mem. 4, 7, 5.: Hier. 1, 14. εἰς ἀνήκοον τῶν ἄλλων, Heliodor. 250. Plato Alcib. 2, 5. p. 115. Οἶμαι δέ σε οὐκ ἀνήκοον εἶναι ἐνιά γε χθιζά τε καὶ πρωϊζὰ γεγενημένα. " Boissonad. in Philostr. 569. Alciphr. 348. Abresch. Lect. Arist. 306." Schæf. Mss. " Dio Chrys. 1, 112." Wakef. Mss. Plut. 6, 430.] Hinc Ἀνηκόως, ut ἀνηκόως ἔχειν, pro ἀνήκοον εἶναι, Non audivisse. Item ἀνηκόως ἔχω ἀστρολογίας, Ignarus sum astrologiæ, [Plut. 6, 549. Ετ * " Ἀνηκοέω, Diogenian. 1, 37." Boissonad. Mss.] Ετ Ἀνηκοΐα (ἡ,) Auditionis carentia, si barbare loqui liceat, ut autem Latine loquamur, esse puto necesse per infin. vertere, Non audire. Sed et pro loco, cui adhibetur, potest aliis atque aliis modis verti. Plut. de Garr. init. Καὶ τοῦτο ἔχει πρῶτον κακὸν ἡ ἀσιγησία, τὴν ἀνηκοΐαν, Et non audire,

C primum malum est, in quod incidunt, qui non tacent. Vel, Hoc primum malum consequitur eos, qui nunquam tacent, quod non audiant. Idem περὶ τοῦ Ἀκούειν init. Οὐκ ἀνηκοΐαν οὐδὲ κωφότητα προμνώμενοι. [Plut. 10, 503. " Hierocles 280." Wakef. Mss.]

Δυσήκοος ετ Εὐήκοος, contraria. Δυσήκοος, ὁ, ἡ, Qui difficile audit, Qui acute non audit. Nam J. Poll. post εὐήκοοι et δυσήκοοι ponit ὀξυήκοοι, βαρυήκοοι. Possumus δυσήκοος e Catone interpr. etiam Qui auribus parum audit. Ponitur autem δυσήκοος et pro Immorigero s. Inobsequente, ut contra εὐήκοον pro Morigero usurpari, mox docebitur. [" Epigr. adesp. 445." Schæf. Mss.] Hinc Δυσηκοΐα, (ἡ,) Difficultas auditus. A quibusdam exp. etiam Aurium tarditas, e Plinio. Item Inobsequentia. Ετ Δυσηκοεῖν, Difficile audire. Item, Immorigerum esse. [" Koppiers. Obs. p. 12." Schæf. Mss. Trallian. 3. p. 56.] Εὐήκοος, ὁ, ἡ, Facile audiens, Auditu valens, ut ap. Hippocr. aquilones faciunt σώματα εὐηκοώτερα, i. e. faciunt ut clarius s. liquidius audiant. Item Εὐήκοος, Qui facile audi-

D tur. Exp. etiam Exaudibilis. Aristot. Probl. Διὰ τί εὐηκοωτέρα ἡ νὺξ τῆς ἡμέρας ἐστὶ, ubi nox accipitur pro vocibus aut sonis, qui noctu eduntur, quos videlicet facilius s. clarius exaudiri ait quam qui interdiu. Alii exp. εὐηκοωτέρα νὺξ, Nox in qua voces clarius exaudiuntur. Accipitur et pro Morigero s. Obsequente, sicut ἀκούειν et nonnulla ejus composita significant Dicto audientem esse. Aristot. Ethic. 1. Πειθαρχεῖ γοῦν τῷ λόγῳ τὸ τοῦ ἐγκρατοῦς· ἔτι δὲ ἴσως εὐηκοώτερόν ἐστι τὸ τοῦ σώφρονος καὶ ἀνδρείου. Sic Theophr. (C. P. 2, 19.) Εὐηκοώτατα πρὸς μεταβολήν. [Anal. 1, 227. εὐήκοοι θνητοῖς. " Ad Charit. 302. ad Callim. 1, 203. Wakef. Alc. 767." Schæf. Mss. Ετ * Εὐηκόως, Obedienter. Lucian. Asin. 647.] Hinc Εὐηκοΐα, (ἡ,) et Εὐηκοεῖν, quæ contrarias habent signiff. proxime præcedentibus Δυσηκοΐα et Δυσηκοεῖν. [Εὐηκοΐα, Boissonad. ad Marin. p. 64. " Diod. S. 2, 203." Schæf. Mss. " Clem. Alex. Eunap. 22." Wakef. Mss. Εὐακοέω, Æsch. Suppl. 124. 136.]

[* Ἀξιήκοος, ὁ, ἡ, Epist. Socr. 33.]

" Ἀπήκοοι, Hesychio οἱ μὴ ὑπήκοοι, Dicto non " audientes, Inobedientes."

Αὐτήκοος, ὁ, ἡ, Qui ipsemet audivit, ut dicitur αὐτόπτης, Qui ipsemet vidit. Cum gen., ut Thuc. 1. Αὐτήκοοι δὲ βουληθέντες ἔτι γενέσθαι αὐτοῦ Παυσανίου λέγοντος, q. d. Suis ipsi auribus audire. Plut. de Lib. Educ. Αὐτοὶ τῆς τούτων μαθήσεως οὔτε αὐτόπται γίνονται τοπαράπαν, οὔτε αὐτήκοοι. Quo in loco, sicut et in aliis, sunt qui αὐτήκοοι interpretentur simpliciter, Auditores, sicut αὐτόπται, Spectatores; sed αὐτήκοοι perinde est ac si dicas, Qui suis ipse auribus audit, vel audivit: sicut αὐτόπτης, Qui suis ipse oculis videt, aut vidit. || Αὐτήκοος, Qui est sui juris, Qui nullius est subjectus imperio, q. d. Qui non alii, sed ipse sibi est dicto audiens. Αὐτήκοοι, inquit Suid., οἱ μὴ ἐπιτασσόμενοι, αὐτοὶ δὲ ἑαυτῶν ἀκούοντες. [" Philo J. 590. 1, 645. Plato 2, 658." Wakef. Mss.]

Βαρυήκοος, ET Ὀξυήκοος, contraria. Quæ duo ponuntur ab J. Poll. post δυσήκοος et εὐήκοος.

Βαρυήκοος, ὁ, ἡ, Qui gravi est auditu, Cui hebetes sunt aures. Et βαρυήκοοι νόσοι Hippocrati, ab effectu, Obtundentes auditum et hebetantes, [116, 43. 314, 39. 392, 25. " Graves aures faciens, Philo J. 621." Wakef. Mss. ET * Βαρυηκοέω, Hippocr. 140, 35. 39. ubi legitur * Βαρηκοέω. UNDE Βαρυηκοΐα, ἡ, 393, 5. 38.] Contra Ὀξυήκοος, Qui acuto est auditu, Qui acute audit. Sunt qui ὀξυήκοον interpr. Cui teretes sunt aures; sed perperam. Basil. τὸ δὲ ὀξυήκοον τοῦ ζώου: ubi τὸ ὀξυήκοον ponitur pro ἡ ὀξυηκοΐα. EST autem Ὀξυηκοΐα, (ἡ,) Acumen audiendi, Facultas acute audiendi. Cui opponitur Βαρυηκοΐα. [Plato Tim. 3, 75. Lucian. pro Imag. 607. Aristot. H. A. 4, 8. Superl., Ælian. H. A. 15, 21. AT ap. Etym. M. 430. * Βραδυήκοος, ὁ, ἡ, opponitur τῷ ὀξυήκοος.]

Ἐνήκοος, ὁ, ἡ, Audiendi facultate præditus. Id enim videtur significare hoc compositum, secundum analogiam significationis, quam habent quædam alia vocabula ex ἐν composita. J. Poll. e Phrynicho citat ἐνήκοος γενοῦ, quod videtur significare simpliciter, Audi, Auribus percipe, vel Aures præbe. Quidam autem male εὐήκοος γενοῦ legerunt, cum Pollux antea locutus esset de ἐνήκοος.

[* Παντήκοος, ὁ, ἡ, Omnia audiens. De h. v. dubitat Schneider. Lex. Sed vide Suicer. Thes. 2, 562.]

" Πολυήκοος, ὁ, ἡ, Qui multa audivit vel audit. " Plato de LL." [2, 810. Damascius ap. Suid. " Ad Callim. 1, 203. ad Phalar. 241." Schæf. Mss. " Stob. 44. Philostr. 621. ET * Πολυηκοΐα, ἡ, Diog. L. 2, 582." Wakef. Mss. " Πολυηκοΐα, Olympiod. V. Plat. in." Boissonad. Mss.]

Συνήκοος, ὁ, ἡ, Qui audit, Qui auditu percipit, ut exp. Camer. ap. Plat. quod J. Poll. dicat, Φαῦλον δὲ ὁ Μενάνδρου ἀκουστὴς ἀντὶ τοῦ ἀκροατής· Πλάτων δὲ ξυνήκοος· καὶ εἰσακοῦσαι. At in VV. LL. exp. Coauditor, atque ita non erit otiosa præpositio, et citatur hic locus, non nominato ejus auctore, Συνήκοοι τῶν ἐκ τοῦ σωφρονοῦντος στόματος ἰόντων λόγων. [Plato de LL. 4. ξυνήκοοι αὐτοῦ, Plut. Q. S. 5, 5. Τὸν κρασπεδίτην τῷ κορυφαίῳ συνήκοον ἔχειν, 2. p. 725. " Plut. Pyrrho 385. J. Poll. 4, 44. Themist. Or. 33. p. 366." Kall. Mss.]

Φιλήκοος, ὁ, ἡ, Qui amat audire, Audiendi cupidus. Φιλήκοος, inquit Camer., Cupidus multa audiendi. A Bud. exp. etiam Qui libens recitationes audit. Quam signif. convenire puto Plutarchi loco Sympos. 1. ubi dicit oportere in convivio Ἀδολέσχῳ πρεσβύτῃ ὑποκατακλίνεσθαι φιλήκοον νεανίσκον. Idem Bud. scribit ap. Plat. esse φιλήκοον, Musicæ cupidum. Sciendum est autem φιλήκοον per se significare simpliciter, Qui audire cupit, vel Qui libenter audit, interdum seq. gen., ut si dicam φιλήκοος μύθων, Qui libenter audit fabulas, interdum sine illo; sed pro loco tamen interdum restringi ad eum, qui cupidus sit hoc vel illud audiendi. In VV. LL. exp., Cui innata est audiendi cupiditas, et Disciplinarum studiosus. Cujus posterioris signif. exemplum desidero. [Gl. Φιλήκοος· Attentus. * Φιληκόως· Attente. " Φιλήκοος, ad Lucian. 1, 179." Schæf. Mss. " Φιληκόως, Heliod. Æth. 228." Wakef. Mss. UNDE * Φιληκοέω, A Audiendi studio teneor, sc. fabulas, narratiunculas; Historiæ sum studiosus. " Koppiers. Obs. p. 12." Schæf. Mss. Lex. Polyb. ET] " Φιληκοΐα, (ἡ,) Amor " audiendi, Studium audiendi s. Desiderium. Isocr. " Καταναλίσκε τὴν ἐν τῷ βίῳ σχολὴν εἰς τὴν τῶν " λόγων φιληκοΐαν." [" Diod. S." Wakef. Mss.]

[* " Χαιρήκοος, (ὁ, ἡ,) Jo. Geometra Hymn. 1, 4. (Χαῖρε, κόρη χαιρήκοε, χάρματι χάρμα λαβοῦσα.)" Boissonad. Mss.]

Ἀριήκοος, ὁ, ἡ, Valde attente audiens, ut ap. Nonnum, Φθογγῆς ἡμετέρας ἀριήκοα. Huic autem composito locum postremum dedi, non servato alphabetico ordine, quod poëticum sit, præfixam habens particulam ἀρι intensivam, quam et aliis multis præfigunt. [Apoll. R. 4, 1706. Callim. H. in Del. 308. " Procl. H. 2. in Ven. 14." Boissonad. Mss. " Nonn. Metaphr. 10, 57." Wakef. Mss. ET * Ἐριήκοος, ὁ, ἡ, Diligenter, Studiose, Facile audiens. Orph. Lith. 11, 124.]

[* Ὁμακοεῖον s. * Ὁμακόιον, τὸ, Auditorium commune, vox Pythag. B " Holsten. ad Porphyr. (20.) p. 25. Kiessl. ad Jambl. V. P. (30.) p. 67. * Ὁμάκοος, Holsten. ad Porphyr. p. 26." Schæf. Mss. Ὁμακοεῖον, ὁμακόιον, Clem. Alex. Str. 1, 15. Hierocles ad Pythag. 318.]

" Ἀνακούω, i. q. ἐπακούω, Inaudio, vel Ausculto. " Ita enim Soph. El. (80.) p. 83. θέλεις Μείνωμεν " αὐτοῦ, κἀνακούσωμεν γόων;"

Ἀντακούω, Vicissim audio. Soph. (Aj. 1141.) Σὺ δ' ἀντακούσει τοῦτον, ὡς τεθάψεται, Hoc vicissim audies, i. e. Hoc tibi vicissim dicetur. [" Valck. Diatr. 249. Lobeck. Ajac. p. 397." Schæf. Mss. Eur. Hec. 321. Heracl. 1014. Lex. Xenoph.]

Διακούω, Audio, ut discipulus loquentem præceptorem audit, qua in signif. usurpatur et simplex ἀκούω. Plut. Cicerone, Διήκουσεν Ἀντιόχου τοῦ ῥήτορος, Auditor fuit Antiochi, i. e. Discipulus. Idem in Pericle, διήκουσε Ζήνωνος. Idem in Themistocle, Ἀναξαγόρου διακοῦσαι τὸν Θεμιστοκλέα φησί. Interdum vero cum gen. rei, quæ a præceptore docetur, C ut διακοῦσαι μαγικῶν λόγων, ibid. Sed frequentius cum accus., cui interdum additur præceptoris nomen in gen., ut ap. Laërt., de Eudoxo, Οὗτος τὰ μὲν γεωμετρικὰ Ἀρχύτα διήκουσε· τὰ δὲ ἰατρικὰ, Φιλιστίωνος. Sic ap. Plat. Epist. 7. Δίωνός τε ἄττα διακηκοότες, exp. Qui a Dione nonnulla fuerant edocti. || Διακούω, Ad finem usque audio, q. d. Peraudio, idem significante præpos. quod in Perlego. Xen. Ἵνα τοῦ καλοῦ κἀγαθοῦ ἀνδρὸς ἔργα τελέως διακούσας καὶ καταμαθών. Sed quamvis Bud. διακούειν hic esse velit Ad finem usque audire, videtur tamen posse et pro simpl. ἀκούειν sumi, cum adjungatur τελέως. || Διακοῦσαι τῶν εὐχῶν, Exaudire vota, in VV. LL. || Διακούω, pro simplici ἀκούω. Plato Polit. Τόδε τινῶν διακήκοας, Hoc ex aliquibus audivisti, vel Auditu cognovisti. Xen. K. Π. 1. διήκουε πάντα. Rursum Plat. de Rep. 1. διακοῦσαι τὸν λόγον pro Sermonem audire. Et in pass. voce Διακούεσθαι σπάνιον, pro Auditu rarum. [" Plut. Alex. 153. Schm. 163. Diog. L. 418. Longol. 125. Thom. M. 222. ad Charit. 670. D ad Diod. S. 1, 493.: Diod. S. 2, 577. 619. Boissonad. in Philostr. 349. 442. Anton. Lib. p. 28. Verb. ubi tamen malim ἃ δὴ ἀκούσας, Zeun. ad Cyrop. 377." Schæf. Mss. " Arrian. 164. Inaudio, Plut. 2, 577. Ælian. H. A. 493." Wakef. Mss.]

Εἰσακούω, vel Ἐσακούω, Exaudio, ea signif. qua dicitur a Cic., Ut idem omnes exaudiant, voce clarissima dicam. Thuc. 4. p. 133. Ὑπὸ δὲ τῆς μείζονος βοῆς τῶν πολεμίων, τὰ ἐν αὐτοῖς παραγγελλόμενα οὐκ ἐσακούοντες. Sic 5. p. 180. Τοῦ Ἀλκιβιάδου καταβοῶντος ἐσήκουον. || Ponitur ἐσακούω et pro Pareo, ab eod. Thuc. et alibi. || Εἰσακούω, in N. T. et ap. LXX Interprr., pro Exaudio, illo etiam sensu quo dicitur Deus exaudire preces. Sic et pass. Εἰσακούομαι, Exaudior, Preces meæ exaudiuntur, ut Matth. 6. Ὅτι ἐν τῇ πολυλογίᾳ αὐτῶν εἰσακουσθήσονται. Dicitur et ipsa precatio εἰσακούεσθαι, ut Lucæ 1. Διότι εἰσηκούσθη ἡ δέησίς σου. || Εἰσακούω simpliciter pro ἀκούω, ap. Soph., τοῦδ' εἰσάκουε τἀνδρός. [Gl. Exaudio. Thuc. 1, 126. 3, 4. Xen.

Hellen. 5, 2, 12. Ἔξωθεν εἰς τὰς οἰκίας εἰσακούεται μᾶλλον ἢ ἔσωθεν ἔξω, Aristot. Probl. 11, 37. "Herod. 100. 479. Cum gen. rei, quam audimus, Musgr. ad Phœn. p. 224." Schæf. Mss. "Apoll. R. (1, 766. 3, 696. 914. 4, 624.)" Wakef. Mss.]

[* Ἐνακούω, Exaudio, Inaudio. Hippocr. 763. Foës. Ὀστέα ἐνακούοντα τῆς *κατατάσιος: 55, 35. 113, 2. 236, 44. 463, 20 = 269, 27. 425, 52. 645, 3. Jambl. V. P. 65.]

Ἐξακούω, Audio, Exaudio. Plut. Fabio, Ἐξακούσαντες τῆς φωνῆς οὐκ ἀκριβῶς, Cum vocem clare non exaudissent. ["Grammat. ap. Ast. ad Plat. de LL. 357. Photius c. 100. Heindorf. ad Plat. Gorg. 82." Schæf. Mss. Aristoph. Av. 1203. Glossæ: Ἐξακούω· Exaudio.] UNDE [* Ἐξακουστέος, Exaudiendus, Clem. Alex. (730=366=614.) Intelligendus, Schol. Pind." Wakef. Mss. ET] Ἐξάκουστος φωνὴ, ap. Plut. in Numa, q. d. Exaudibilis vox, Vox quæ vel cujus sonus ad aures pervenire potest. [Dionys. H. 1, 635. Athen. 361. Arrian. de Exp. Alex. 2. p. 97. "Ἐξακούστερος, Reiz. Acc. Incl. p. 6." Schæf. Mss. ADDE * Ἀνεξάκουστος, ὁ, ἡ, Non audiendus, Non auditus, Cujus sensus ad aures non pervenit, aut pervenire nequit. Schol. Soph. Aj. 318. "Hesych." Wakef. Mss.]

[* "Συνεξακούω, Simul, Pariter, Clare exaudio. Soph. Trach. 371. Orig. c. Cels. 1. p. 19." Seager. Mss. "Basil. Cæsar. Schol. in Greg. Naz. in Notit. Mss. T. 11. P. 2. p. 135. Bekkeri Anecd. Gr. 791. 792. ter." Boissonad. Mss.]

Ἐπακούω, Exaudio, eo sensu quo dicitur Deus exaudire preces, ut, Ἐπακούσας τῆς εὐχῆς ὁ θεὸς, ap. Plut. Sic autem Lucian. Timone, Ἔπεμψέ σοι τὸν πλοῦτον ὁ Ζεὺς ἐπακούσας τῶν εὐχῶν. ‖ Item pro Audio, i. e. Sum dicto audiens, qua tamen in signif. usitatiora sunt κατακούω et ὑπακούω, ac præsertim hoc posterius: de quorum utroque mox dicam. Hesiod. (Opp. 273.) Καί νυ δίκης ἐπάκουε. ‖ Ἐπακούω, E præceptore audio et disco, ut, Ἤρετο εἰ γεγεωμέτρηκεν, εἰ μουσικῆς ἐπακήκοεν, quod exemplum a Bud. citatur. ‖ Ἐπακούω pro simpl. ἀκούω, Audio. Od. Ξ. 328. Διὸς βουλὴν ἐπακούσῃ. Idem cum accus. itidem, Ἠέλιός θ' ὃς πάντ' ἐφορᾷ καὶ πάντ' ἐπακούει, (Λ. 108. Μ. 323.) Apud Lucian. autem cum accus. rei et gen. personæ, in Caucaso, Ὁ Ζεὺς ταῦτα ἐπήκουσέ σου. Apud Herod. autem cum rei etiam gen. Βουλευμάτων ἐπακούειν. Sic et Plut. dixit Camillo, Ταύτης τῆς φωνῆς ἐπακούσαντες. [Herod. 4, 141. Ἐπακούσει τῷ πρώτῳ κελεύσματι, Dionysii Epit. 13, 7. Ἐπήκουσαν ταῖς εὐχαῖς. "Heyn. Hom. 4, 697. Plato Phædr. 333. Heindorf. ad Plat. Gorg. 137.; Theæt. 327. Thom. M. 932. Musgr. Troad. 166. Philoct. 1417. Jacobs. Anth. 8, 249. Brunck. Aristoph. 3, 125. Segaar. in Daniel. p. 30. Abresch. Lect. Arist. 162. Ilgen. ad Hymn. 478. Græv. Lect. Hes. 534. Intelligo, Lucian. 2, 303." Schæf. Mss. Glossæ: Ἐπακούω· Abaudio, Exaudio.]

Ἐπακουσμὸς, (ὁ,) Bud. ex Aretha affert, sed non addens significationem. Fortasse autem significat Exauditionem, eo sensu quo dicitur Deus ἐπακούειν τῶν εὐχῶν. [Inter dubia vv. posuit Schneider. Lex.]

"Ἐπάκουστος, (ὁ, ἡ,) Qui auditur vel inaudiri "potest." [Plut. Mor. 1, 65. (ex Empedocle.) Schæf. Mss.]

Ἐπακουὸς ET Ἐπήκοος, (ὁ, ἡ,) Auditor. Hesiod. Opp. (1, 29.) ἀγορῆς ἐπακουὸν ἐόντα. In prosa autem Ἐπήκοος, ut Plato de LL. 6. Ἐπηκόους δὲ εἶναι καὶ θεατὰς τούτων τῶν δικῶν. Dicitur tamen frequentius ἀκουστὴς pro Auditore. Apud Xen. autem K. A. 2. Ἐπεὶ δ' ἔστησαν ἐς ἐπήκοον, In locum unde exaudiri possent. ["Ἐπακουὸς, Græv. Lect. Hes. 510. Callim. 1, 526. Ἐπήκοος, Callim. Ep. 27. Jacobs. Anth. 8, 323. Addæus 4. Schol. ad Plutum p. 20. Hemst. Boissonad. in Philostr. 563. Fac. ad Paus. 2, 395. 3, 34. ad Charit. 302. ad Lucian. 1, 284. Lucian. 1, 517." Schæf. Mss. Plato de LL. 11. p. 159. Gen. Ἐπηκόους εἶναι γονεῦσι πρὸς τέκνα θεούς. Jambl. V. P. s. 66. Ἐπήκοα γενέσθαι παρὰ θεῶν. Pind. Ol. 14, 21. "Philostr. 719. Joseph. 419, 35." Wakef. Mss. Glossæ: Ἐπήκοος· Exaudiens, Dicto audiens. ADDE * "Εὐεπήκοος, Andr. Cret. 167." Kall. Mss.]

[* "Συνεπακούω, Simul intelligo, UNDE * Συνεπακουστέος, Arat. Schol. 54." Wakef. Mss.]

[* Ἐπακόησις, ἡ, Philodem. col. 1.]

Κατακούω, Exaudio. Plato Euthyd. Οὐ γὰρ οἷός τε ἦν προστὰς κατακούειν ὑπὸ τοῦ ὄχλου. Sic utitur et Thuc. 2. ‖ Κατακούω, Dicto sum audiens, Obtempero, unde κατήκοος, pro Morigero. Demosth. Ol. 1. (p. 15.) Καὶ ἁπλῶς τούτους ἅπαντας ἡγεῖσθαι χρὴ αὐτονόμους ἥδιον ἂν καὶ ἐλευθέρους, ἢ δούλους εἶναι· καὶ γὰρ ἀήθεις τοῦ κατακούειν τινός εἰσι. [Heindorf. ad Plat. Charm. 80. Tzetz. Exeg. in Il. p. 59. Toup. Opusc. 1, 238. ad Lucian. 1, 465." Schæf. Mss. Thuc. 3, 22. "Dicto sum audiens. Herod. 3, 88. cum dat. κατήκουσαν Πέρσῃσι." Schweigh. Mss. "Strabo 954. Philo J. Appian. 1, 723. Nicander Al. 177. UNDE * Κατάκουσις, (ἡ,) Auditio, Arrian. (Anab. 5, 7.)" Wakef. Mss. ET * Κατακουστὴς, Auscultator, Gl.]

Κατήκοος, ὁ, ἡ, Dicto audiens, Morigerus. Plato Pol. 7. κατήκοος τῇ πόλει. Vicissim vero πόλις dicitur κατήκοος τοῦ φρονοῦντος a Plut. Fabio, Consilio prudentis obtemperans. Ubi observa κατήκοος cum gen. ‖ Κατήκοος, Subjectus alicui, Qui est in ditione ac potestate alicujus. Pausan. in Atticis, Ὄντες Ἀθηναίων κατήκοοι. Itidem ex Herod. citatur, Κατήκοός σοί εἰμι, pro Sum tibi subjectus.

‖ Κατήκοος pro Attentus, ut ἔσσο κατήκοος ex Epigr. citatur pro Attentus sis, Audi. Sic ap. Plat. Axiocho, κατήκοος λόγων pro ἀκροατὴς, Auditor. ["Apud Herod. et Dion. Cass. ponitur pro ὠτακουστὴς, Auscultator." Brunck. Mss. "Wessel. ad Herod. 51. Antip. Th. 14. Antiphil. 5." Schæf. Mss. "Diod. S. 153." Wakef. Mss.]

Παρακούω, Perperam audio, vel Non recte audio, Fallitur meus auditus, s. Falluntur aures meæ. Habet eandem vim præpositio in hoc verbo, quam in παρορῶ, et aliis multis. Plato Theæteto, Παρορῶσί τε καὶ παρακούουσι καὶ παρανοοῦσι πλεῖστα, Camer. interpr. In plurimis eos oculi, aures, mens frustratur. Ego malim, sequendo interpretationem, quam modo huic verbo dedi, reddere, Eorum oculi, aures et mens in plurimis falluntur. Quod ad sensum tamen attinet, leve est discrimen. Παρακούω verti etiam, Perperam audio, vel Non recte audio, eundem Platonem sequens, qui ὀρθῶς ἀκούειν et παρακούειν inter se opponit, Protag. Εἴποιμ' ἂν ἔγωγε ὅτι τὰ μὲν ἄλλα ὀρθῶς ἤκουσας· ὅτι δὲ καὶ ἐμὲ οἴει εἰπεῖν τοῦτο, παρήκουσας. Lucian. Anacharside, Τοιαῦτα γὰρ φῄς, εἰ μὴ πάνυ παρήκουσα τοῦ παραδείγματος. Nisi quis hic malit pro Perperam intelligo, ut Bud. p. 649. ap. Galen. Παρακούσας γάρ τις αὐτῶν πολλῶν θεωρημάτων exp. κακῶς συνεὶς, καὶ οὐκ ὀρθῶς ἐπαΐων τῶν λεγομένων. Quæ expositio potius sequenda est, quam quæ ap. eum præcedit, Perperam audio, Temere exaudio. Porro ideo dicit Bud. se ita intelligere ap. Galen., tanquam non plane affirmans, quod vidisset Linacrum, cui multum tribuebat, secus vertere. Sed in Budæi gratiam proferam locos, qui illius interpretationem confirment, ut ostendam minime novum videri debere, παρακούειν sumi pro Perperam intelligere, ut ἀκούειν sumitur passim pro Intelligere. Sic igitur Synes. de Insomn. dixit, Ὅτι τοῦ πανσυδὶῃ παρήκουσεν. Sic et Plut. Utra Anim. prudent. Παρακούοντες ἔνιοι βοείαις θριξὶν οἴονται πρὸς τὰς ὁρμιὰς χρῆσθαι τοὺς παλαιούς. Exp. etiam, Oscitanter et negligenter audio, ap. Polyb. Παρακούσαντες τῶν λεγομένων. Et, Εὐήθως καὶ παραλόγως ἀεὶ τοῦ Κλεομένους παρήκουε. Quæ expositio in altera quodammodo inclusa est, quia qui negligenter audit, perperam audire solet. ‖ Bud. παρακούω interpr. Audiens sic transmitto quasi non audierim, in hoc Syn. loco Epist. 5. Ὅστις ἀσεβῆ σύνοδον ἰδὼν παρεῖδεν, ἢ ἀκούσας παρήκουσεν. Ubi ego παρήκουσεν existimo verti etiam posse Se audisse dissimulavit, ut videlicet sit παρήκουσεν, Audiit quasi in transitu. Qui enim aliquid quasi in transitu et tanquam aliud agens audiit, id a se auditum dissimulare facile potest. Hæc autem interpretatio verbi παρακούω huic etiam Luciani loco aptissima videtur, initio Orat. quæ

inscribitur Judicium Vocalium, *Καὶ παρήκουον ἔνια τῶν λεγομένων ὑπὸ τῆς μετριότητος*, Audisse me dissimulabam. Vel potius, Audire. ‖ Παρακούω, Audire nolo, ap. Polyb., inquit Bud. Hinc et pro Dicto audiens non sum, Non obtempero, Non pareo. Luc. Caucaso, *Ἀλλὰ δεῖ ἀνασκολοπισθῆναι αὐτίκα παρακούσαντας τοῦ ἐπιτάγματος*; Sic Matth. 18, 17. *Ἐὰν δὲ παρακούσῃ αὐτῶν.* Ubi alii vertunt Non audierit, alii, Audire neglexerit, vel Audire non dignatus sit. Potest etiam commode reddi fortasse, Si auditis illis morem non gesserit. Sic *παρακουόμενος* citatur e Polybio, pro Inauditus et repulsam passus.

Παρακούω, Clam et quasi furtim audio. *Παρακούειν*, inquit Cam., Aristophani, Clam sermonem sublegere significat, Ran. (750.) *Ἀττ' ἂν καὶ παρακούων δεσποτῶν, λαλῶσι.* Et in Epigr. (Rufini 18.) *παρακήκοα νῦν ὅτι τίκτει.* Sic Plato in Euthyd. *Ὁ Κτήσιππος παρ' αὐτῶν ταῦτα παρακηκόει*, Hæc clanculum audiendo cognorat. Hactenus Camer. In VV. autem LL. Παρακούω, *λάθρα ἐπακροῶμαι*, Subauscultando voces aliquorum excipio, et procul quid narrent attendo, ut Cic. dixit de Orat. 2. Et Plautus, Clam sublegere sermonem aliquorum. Quo sensu dictum a poëta Ecl. 9. Vel quæ sublegi tacitus tibi carmina nuper. Aristoph. Ran. (l. c.) *καὶ παρακούων*, Et corycæum agens, cum loquuntur domini. Bud. vult *παρακούειν* in hoc Luciani loco esse itidem Furtim audire et Subauscultare, de Merc. cond. 102. *Καὶ ὁ μὲν πρῶτος, εὐθὺς ἐπισκεπτομένου παρακούσας τοῦ δεσπότου.* Sed et Erasm. Subauscultare vertit. Ego tamen existimo posse etiam accipi *παρακούειν* in hoc loco pro Audire velut in transitu et non plene. Quod nonnulli verbo Inaudire significari putant; cum alii contrariam illi signif. tribuant: nonnulli autem verbo Obaudire sic usi sunt, sed nescio quam Latine. Sic autem fortasse et in illo Epigr. loco accipi debet. Apud Aristot. certe Ethic. 7, 6. *παρακούειν* significationem habet, quæ ad istam quam dico, proxime accedit, imo vero eadem videri potest. Existimo enim *παρακούειν* in illo Aristot. loco esse quod Gall. dicimus, n'entendre qu'à demi. Verba Aristotelis sunt: *Ἔοικε γὰρ ὁ θυμὸς ἀκούειν μέν τι τοῦ λόγου, παρακούειν δὲ, καθάπερ οἱ ταχεῖς τῶν διακόνων, οἳ πρὶν ἀκοῦσαι πᾶν τὸ λεγόμενον, ἐκθέουσιν, εἶτα ἁμαρτάνουσι τῆς πράξεως.* Quæ in postrema interpr. ita fuerunt reddita, Videtur enim ira audire illa quidem rationem, sed ministrorum præproperorum more, negligenter et confuse audire, qui priusquam id omne quod dicitur audierint, exiliunt, deinde ab actione aberrant. At vero quidam e superiorum temporum Interpretibus *παρακούειν* verterunt Non perfecte audire. Videat autem lector num aptius sit Non plene audire, i. e. partem duntaxat eorum, quæ dicuntur. Quod certe Aristot. non videtur negligentiæ tribuere, sed cuidam præproperæ ad obeundum ministerium alacritati. Alioqui *παρακούειν* non male etiam reddi potest alicubi Negligenter et oscitanter audire.

Παρακούω et pro *ἀκούω* ex Herod. citatur, *Παρακούω ἐκεῖνον τὴν τέχνην*, Audio de illius artificio. Item e Plat. Epist. 7. *Οὐδὲν θαυμαστὸν νέον ἄνθρωπον παρακούοντα ἀξίων λόγου πραγμάτων, εὐμαθῆ, πρὸς ἔρωτα ἐλθεῖν τοῦ βελτίστου βίου*, Audientem de rebus magnis sermones. Vide Παράκουσμα.

